



MS.

R  
7735

R 101.

D 1920: 2607.

M. TVLLII CICERO,  
NIS DE NATVRA DEO,  
RVM, AD M. BRVTVM  
LIBRI TRES.

H

1920-2607



PARISIIS  
APVD SIMONEM COLINAE V M  
M. D. XXXIII.

M. T. C. DE NATVRA DEO·  
RVM AD M. BRVTVM  
LIBER I.



Vm multæ res in phisophia nequaq; fatis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minime igno ras) & perobscura que stio est de natura deo rū, quæ & ad agnitiō nem animi pulcherri ma est, & ad moderandam religionem necessa ria. De qua tam variæ sunt doctissimorū hominum, tamq; discrepates sententiæ, vt magno argumento esse debeat, causam, id est principiū philosophiaæ esse scientiam, prudenterq; Academicos à rebus incertis assensione cohibusse. Quid enim temeritate turpius aut quid rā temerariū, tāq; indignū sapientis grauitate atq; constatia, q; aut falsum sentire, aut qđ nō fatis explorare perceptū sit & cognitum, sine vlla dubitatione defendere? Velut in hac que stioe pleriq; (qd maxime verisimile est, & quo oes duce natura vehimur) deos esse dixerunt: dubitare se Protagoras, nullos esse oīno Dia goras Melius, & Theodorus Cyrcaicus putauerūt. Qui vero deos esse dixerūt, tāta sunt varietate, ac dissensione, vt corū molestū sit an numerare sententias. Nā & de figuris deorum

a ij

1784

17399.

652170081

& de locis atq; sedibus & actione & vita mul-  
ta dicuntur , deq; his summa philosophorum  
dissensione certatur. Quod vero maxime rem  
causamq; continet, est, vtrum nihil agant , ni-  
hil moliantur , omni curatione & administra-  
tione rerum vacent, an contra ab his , & a prin-  
cipio omnia facta & constituta sint , & ad in-  
finitum tempus regantur, atq; moueantur. In  
primisq; magna dissensio est, eaq; nisi diudi-  
catur , in summo errore necesse est homines ,  
atq; in maximari rerum ignoratione versari.  
Sunt enim philosophi , & fuerunt, qui omnino  
nulla habere censerent rerum humanarū pro-  
curationem deos. quorum si vera sentētia est,  
qua potest esse pietas? qua sanctitas? qua reli-  
gio? Hæc enim omnia pure ac caste tribuenda  
deorū numini ita sunt, si animaduertuntur ab  
his: & si est aliquid a dijs immortalibus homi-  
num generi tributū. Sin autē dij neq; possunt  
iurare, nec volunt, nec omnino curant, nec quid  
agamus animaduertūt, nec est quod ab his ad  
hominum vitam permanare possit, quid est q;  
vllos deis immortalibus cultus, honores, pre-  
ces adhibeamus? In specie autem sicut simula-  
tionis, sicut reliquæ virtutes , ita pietas inesse  
nō potest, cum qua simul & sanctitatē & reli-  
gione tolli necesse est: quibus sublati pertur-  
batio vite sequitur, & magna confusio. Atque  
haud scio an pietate aduersus deos sublata, fi-  
des etiam & societas generis humani , & vna

excellentissima virtus iustitia tollatur. Sūt au-  
tem alij philosophi , & hi quidē magni atq; no-  
biles, qui deoru mente atq; ratione omnē mū-  
dum administrari & regi censeant: nec vero  
id solum, sed etiam ab eisdē vitæ hominū con-  
suli & prouideri. Nam & fruges, & reliqua quæ  
terra pariat, & tēpestates, ac temporū varie-  
tates, cēliq; mutationes, quibus omnia quæ ter-  
ra gignat, maturata pubescant, à dijs immor-  
talibus tribui generi humano putāt: multaq;  
qua dicentur in his libris, colligunt: qua talia  
sunt, vt ea ipsa dij immortales ad vsum homi-  
num fabricare penè videantur. Contra quos  
Carneades ita multa differuit, vt excitaret ho-  
mines non socordes ad veri inuestigandi cupi-  
ditatem. Res enim nulla est, de qua tantopere  
non solum docti, sed etiā indocti dissentiant:  
quorū opiniones quum tam varię sint, tamq;  
inter se dissidentes, alterum profecto fieri po-  
test, vt earum nulla: alterū certe nō potest, vt  
plus vna vera sit. Qua quidē in causa & bene-  
uolos obiurgatores placare, & inuidos vitupe-  
ratores confutare possumus, vt alteros repre-  
hendisse pœnitentia, alteri se didicisse gaudeant.  
Nam qui admonent amice, docendi sunt: qui  
inimice insectantur, repellēdi. Multū autē flu-  
xisse video de libris nostris, quos cōplures bre-  
ui tempore edidimus, variumq; sermone, par-  
tim admirantium vnde hoc philosophadī no-  
bis subito studiū extitisset, partim quid quaq;

de re certi haberemus, scire cupietum. Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probata esse philosophia, quæ luce erit, peret, & quasi noctem quadam rebus offundere: desertęq; discipline, & iam pride reliete patrocinium nec opinari à nobis esse susceptū. Nos autē nec subito cœpimus philosophari, nec mediocrē à primo tēpore ætatis in eo studi operā curāq; cōsumpsimus, & quū minime videbamur, tum maxime philosophabamur, quod & orationes declarant refertæ philosophorū sententijs: & doctissimorū hominū familiaritates, quibus semper domus nostra floruit: & principes illi Diodorus, Philo, Antiochus, Posidonijs, à quibus instituti sumus. Et si omnia præcepta philosophiæ referuntur ad vitā, arbitramur nos & publicis & priuatis in rebus ea præstítisse, quę ratio & doctrina prescriperit. Sin autē quis requirit quę causa nos impulerit vt hæc tā sero literis mandaremus, nihil est qđ expedire tā facile possimus. Nam quū otio lagueremus, & is esset reipu. status, vt ea vnius cōsilio atq; cura gubernari necesse esset, primū ipsius reipu. causa philosophiæ nostris hominibus explicandā putauī, magni estimas interesse ad decus & ad laudē ciuitatis, res tā graueis, tāq; præclaras latinis etiā literis contineri. Eocq; me minus instituti mei pœnitentet, qđ facile sentio, qđ multorū, nō modo discendi, sed etiā scribendi studia cōmouerim, Cōplu-

res enim grēcis institutionibus eruditī, ea quę didicerant, cū ciuib; suis cōmunicare nō poterat, qđ illa quę à grēcis accepissent, latine dici posse diffideret. Quo in genere tantū proficisse videmur, vt à Grēcis ne verborū quidem copia vinceremur. Hortata etiā est vt me ad hæc cōferrem, animi egritudo, fortunę magna & graui cōmota iniuria: cuius si maiore aliquā leuatione reperire potuisse, non ad hanc postissimū configuisse. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui, qđ si me nō modo ad legēdos libros, sed etiā ad totam philosophiæ pertra etanda dedisse. Omnes autē eius partes, atq; omnia mēbra tum facillime noscuntur, quū totæ questiones scribendo explicantur. Est enim admirabilis quædā cōtinuatio seriesq; rerū, vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligateq; videātur. Qui autē requirūt, quid quaç; de re ipsi sentiamus, curiosus id faciunt qđ necesse est. Nō enim tā auctores in disputādo, qđ rationis momēta quæredā sunt. Qui in etiā ob, est plerūcq; ijs qui discere volūt, auctoritas eos, qui se docere profitentur. Desinūt enim suū iudiciū adhibere: id habent ratū, qđ ab eo quę probant, iudicatu vidēt. Nec vero probare solo id qđ de Pythagoreis accepimus, quos fertū si quid affirmaret in disputādo, quū ex his quereretur quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit, αὐτῷ φη. Ipse autē erat Pythagoras. Tantū opinio prēiudicata poterat, vt etiā

## DE NATVR A DEORVM

sine ratione valeret auctoritas. Qui autem mirantur nos hanc potissimum disciplinam secutos, his quatuor Academicis libris satis responsum videtur. Nec vero desertarū reliquarumq; rerum patrocinium suscepimus. nō enim hominum interitu sententiae quoq; occidunt: sed lucem à ceteris fortasse desiderat, vt hæc in philosophia ratio contra omnia differendi, nullaque rem aperte iudicandi, profecta à Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata à Carneade, vñq; ad nostram viguit ætatem, quā nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo. Quod non Academiæ vitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse. Nam si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto magis omnes! Quod facere ijs necesse est, quibus propositum est veri reperiendi causa & contra omnes philosophos, & pro omnibus dicere. Cuius rei tantæ tamq; difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutū esse p̄ me fero. Nec tamē fieri potest, vt qui hac ratione philosophetur, hi nihil habeant qd sequantur. Dictrū est omnino hac de re alio loco diligētius: sed quia nimis indociles quidā tardiq; sunt, admonēdi videntur sēpius. Nō enim sumus ijs, quibus nihil verū esse videatur, sed ijs qui omnibus veris falsa quædā adjuncta esse dicamus, tata similitudine, vt in ijs nulla insit iudicādi & assentiendi nota. Ex quo existit & illud, certa multa esse probabilia, quæ quāquā

## LIBER I.

non perciperentur, tamen quia visum habent quandam insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur. Sed iam, vt omni me inuidia liberem, ponam in medio sententias philosophorum de natura deorum. Quo quidem loco conuocandi omnes videntur, qui, quæ sit earum vera, iudicent. Tum demum mihi pro cax Academia videbitur, si aut cōsenserint omnes, aut erit inuentus aliquis, qui quid verū sit inuenierit. Itaque mihi libet exclamare, vt Plautus in Synephebis, Prō dēū popularium omnium adolescentium clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atq; imploro fidem. non leuissima de re, vt queritur ille fieri in ciuitate facinora capitalia, ab amico amate argentum accipere meretrix non vult: sed vt adsint, cognoscant, animaduertant, quid de religione, pietate, sanctitate, ceremonijs, fide, iure, iurando, quid de templis, delubris, sacrificijsq; solennibus, quid de ipsis auspiciis, quibus nos præsumus, existimandum sit. Hæc enim omnia ad hanc de dijs immortalibus quæstionem referenda sunt. Profecto eos ipsos qui se aliquid certi habere arbitratur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio. Quod cum sēpe aliās, tum maxime animaduerti, quum apud C. Cottam familiarem meū accurate sane & diligenter de dijs immortalibus disputatum sit.

**N**am quū ferijs Latinis ad eū ipsius  
rogatu accerlitusq; venisse, offe-  
di eū sedentem in exedra, & cū C.  
Velleio sénatore disputantem, ad  
quem tū Epicurzi primas ex no-  
stris hominibus referebat. Aderat etiā Quīna-  
tus Lucilius Balbus, qui tantos progreslus ha-  
bebat in Stoicis, vt cū excellentibus in eo ges-  
nere Græcis compararetur. Tum vt me Cotta  
vidit, peropportune, inquit, venis. Oritur enim  
magna de re mihi altercatiō cum Velleio, cui  
pro tuo studio nō est alienū te interessē. At  
qui mihi quoq; videor, inquā, venisse, vt dicis,  
opportune. tres enim triū disciplinarū p̄in-  
cipes conuenisti. M. enim Piso si adesset, nul-  
lius philosophiæ, earum quidē quæ in honore  
sunt, vacaret locus. Tū Cotta, si, inquit, liber  
Antiochi nostri, qui ab eo ad hūc Balbū nuper  
missus est, vera loquitur, nihil est q; Pisonē fa-  
miliarē tuum desideres. Antiocho enim Stoici  
cū Peripateticis re concinere videntur, verbis  
discrepare. Quo de libro velim Balbe scire qd  
sentias. Ego ne, inquit ille, miror Antiochū ho-  
minē in primis acutū nō vidisse intereste plu-  
rimū inter Stoicos, qui honesta à cōmodis, nō  
nomine, sed genere toto dissūgerēt, & Peripa-  
teticos, qui honesta misercent cū cōmodis, vt  
ea inter se magnitudine & quasi gradibus, nō  
genere different. Hæc enim est, nō verborum  
parua, sed rerū permagna diffensio. Verū hēc

alias: nūc quod cepimus, si videtur. Mihi vero  
inquit Cotta, videt: sed vt hic qui interuenit,  
me intuens, ne ignoret quæ res agatur, de natu-  
ra agebamus deortū, quæ quū mihi videretur  
perobscura (vt semper videri solet) Epicuri ex  
Velleio sc̄iscitabat sententiā. Quāobre, inquit  
Vellei, n̄i molestum est, repete quæ cōperas.  
v. e. l. Repetā vero, q̄q nō mihi sed tibi hic ve-  
nit adiutor. ambo enim, inquit arridēs, abeodē  
Philone nihil scire didicisti. Tū ego. Quid di-  
cērīmus, Cotta viderit, tu autē nolo existi-  
mes me adiutorē huic venisse, sed auditore, &  
quidē æquū, libero iudicio, nulla eiusmodi aſtri  
Etū necessitate, vt mihi, velim nolim, sit certa  
quædā tuenda sententia. Tū Velleius fidenter  
fane, vt solēt isti, nihil tā verens, q̄ ne dubitare  
aliqua de re videretur, tanq̄ modo ex deorum  
concilio, & Epicuri internuncijs descendens,  
Audite, inquit, nō futilē cōmentitiasq; senten-  
tias, nō opificē ædificatorēq; mundi Platonis  
de Timæo deū, nec anum fatidicā Stoicorum  
Pronœā, quam latine licet Prudentiā dicere:  
neq; vero mūndū ipsum animo & sensibus pr̄e-  
ditum, rotundū, ardētem, volubilē deum, por-  
tenta & miracula nō dislētētiū philosophorū,  
sed somniantium. Quibus enim oculis animi  
intueri potuit vester Plato fabricā illam tanti  
operis, qua cōstrui adeo atq; ædificari mundū  
facit? Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes,  
quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fue-

runt? Quemadmodum autem obedere & patere voluntati architecti, aer, ignis, aqua, terra potuerunt? Vnde vero ortae illae quinque formae ex quibus reliquae formantur, apte cadentes ad animum efficiendum, pariendoque sensus? Longum est iter ad omnia, quae talia sunt ut optata magis quam inuenta videantur. Sed illa palmaris quidem, quod non modo natum mundum introduxit, sed etiam manu penè factum. Is cum dixerit fore sempiternum, hunc censes primis (ut dicitur) labijs gustasse physiologiam, id est naturę rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet aeternū esse posse? Quae est enim coagamentatio non dissolubilis? aut quid est cui principiū aliquid sit, nihil sit extrellum? Princeps vero si vera est Lucilli, eadem requiro quae paulo ante, ministros, machinas, omnem totius operis designationem atque apparatus. Sin alia est, cur mortalem fecerit mundum, non quemadmodum Platonicus deus semperit? Ab utroque autem sciscitor, cur mundi aedificatores repente extiterint, innumera bilia secula dormierint? Non enim si mundus nullus erat, secula non erant. Secula nunc dico non ea quae dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur: nam fateor ea sine mundi conuersione effici non posuisse: sed fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumscripacio temporum metiebatur: spacio tamen qualis ea fuerit, intelligi non potest:

quod ne in cogitatione quidem cadit, vt fuerit tempus aliquod, nullum quum tempus esset. Isto igitur tam immenso spatio quæro Balbe, cur Princeps vestra cessauerit. laborem ne fugiebat? At iste nec attingit deum, nec erat villus, cum omnes naturæ numini diuino, cælum, ignes, terre, maria, parerent. Quid autem erat quod concupiseret deus mundum signis & luminibus tanquam ædilis ornare? Si vt deus ipse melius habitaret, ante videlicet tempore infinito in tenebris tamq[ue] in gurgustio habitaerat. Post autem, varietatem eius delectari putamus, qua celum & terras exornatas videmus: que ista potest esse oblectatio deo? que si esset, non ea tandem carere potuisset. An haec fere, ut dicitis, hominum causa à deo constituta sunt? Sapientum ne? Propter paucos ergo est tanta facta rerum molitus. An stultorum? At primū causa non fuit cur de improbis bene meretur. Deinde quid est asscutus, quoniam omnes stulti sint sine dubio miserrimi, maxime quod stulti sunt? Misericordia enim stultitia quid dicere possumus? Deinde quod ita multa sunt in commoda in vita, vt ea sapientes commodosrum compensatione leniant: stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. Qui vero mundum ipsum animantem sapientem, que esse dixerunt, nullo modo viderunt animi naturam, intelligentes in quam figuram caderet posset, de quo dicam equidem paulopost,

Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem, & eundem beatum & rotundum esse velint, quod ea forma neget ullam pulchritorem esse Plato. At mihi vel Cylindri, vel quadrati, vel coni, vel Pyramidis videtur esse formosior. Quæ vero vita attribuitur isti rotundo deo? nempe, ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. In qua non video vbinam mens constans, & vita beata posit insistere. Quodque in nostro corpore si minima ex parte significetur, molestum sit, cur hoc idem non habeatur molestum in deo? Terra enim profecto, quoniam pars mundi est, pars est etiam dei: atque terræ maximas regiones inhabitabiles incultaque videmus, & pars earum appulsa solis exatlexit, pars obrigerit niue pruinaque, longinquo solis abscessu. Quæ, si mundus est deus, quoniam partes mundi sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. Atque hæc quidem vestra Lucili: qualia vero sint, ab ultimo repetâ superiori. Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quæsivit, aquam dixit esse initium rerum: deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta gigneret. Si dis possunt esse sine sensu & mente, cur aquæ adiunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore? Anaximandri autem opinio est nativos esse deos, longis interuallis orientes, occidentesque, eosque innumerabiles esse mūdos. Sed nos

deum nisi sempiternum intelligere qui possimus? Post Anaximenes Aerum deum statuit, eius gigni, esseque immensum & infinitum, & semper in motu quasi aut aer sine villa forma deus esse possit, quod præsentim deum, non modo aliqua, sed pulcherrima specie esse deceat: aut non omne quod ortu sit, mortalitas cosequatur. Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem, & modum, mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit. In quo non videt neque motum sensui iunctum & continentem in infinito nullum esse posse, neque sensum omnino, quo non ipsa natura pulsâ sentiret. Deinde si mentem istam quasi animal aliquod voluit esse, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. Quid autem interius mente cingatur igitur corpore externo. Quod quoniā non placet, aperta simplexque mens nulla re adiungit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare. Nam Pythagoras, qui censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum & cōmeantem, ex quo nostri animi carperentur, non videt distractione humanorum animorum discripi & lacerari deum: & quod miseri animi esent, quod plerisque contingere, tū dei partē esse

miseram: quod fieri non potest. Cur autem quicquam ignoraret animus hominis, si esset deus? Quomodo porro deus iste, si nihil esset nisi animus, aut infixus aut insitus esset in mundo? Tum Xenophanes, qui mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum, deum volunt esse, de ipsa mente item reprehendetur ut cæteri: de infinitate autem vehementius, in qua nihil neque sentiens, neque coniunctum esse potest. Nam Parmenides commentitium quiddam coronam similitudine effecit, Stephanus appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum, quem appellat deum, in quo neque figuram diuinam, neque sensum quisquam suppicari potest: multaque eiusmodi mostra, quippe qui bellum, qui discordiam, qui cupiditatem, cæteraque generis eiusdem ad deum reuocat, quæ vel morbo, vel somno, vel obliuione, vel vetustate delentur: eademque de sideribus, quæ reprehensa in alio loco, in hoc omittantur. Empedocles autem multa alia peccans, in deorum opinione turpissime labitur. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare censet, diuinias esse vult, quas & nasci & extingui perispicum est, & sensu omni carere. Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de diis quod liqueat scire, sint, non sint, qualesve sint, quicquam videtur de natura deorum suppicari. Quid Democritus? qui tum imagines carumque circuitus in deorum numero refert,

tum illam naturam quæ imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur? Cūque idem omnino quia nihil semper suo statu neat, neget esse quicquam sempiternum, nonne deū ita tollit omnino, vt nullam opinionem eius reliquam faciat? Quid aer, quo Diogenes Apolloniates vtitur deo, quem sensum habere potest, aut quam formam dei? Iam de Platoni inconstantia longum est dicere, qui in Timæo patrem huius mundi nominari neget posse: in Legi autem libris, quid sit omnino deus, inquiri oportere non censeat. Quod vero sine corpore vel deum vult esse, vt Græci dicunt ἀτόματος, id quale esse possit, intelligi non potest: careat enim sensu necesse est, careat etiam prudentia, careat voluptate: quæ omnia una cum deorum notione comprehendimus. Idem & in Timæo dicit, & in Legibus, & mundum deum esse, & cælum, & astra, & terram, & animos, & eos quos maiorum institutis accepimus, & quæ per se sunt falsa perspicue, & inter se vehementer repugnantia. Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadē fere pectat: facit enim in ijs quæ à Socrate dicta restulit, Socratem disputatē, formam dei quæri, non oportere, eundemque & solēm & animum deum dicere, & modo unum, tum autem plures deos: quæ sunt iisdem in erratis ferre quibus ea quæ de Platone dicimus. Atque

## DE NATVRA DEORVM

Antisthenes in eo libro qui Physicus inscribitur, populares deos multos, vaum naturalem esse dicens, tollit vim & naturam deorum. Nec multo secus & Speulippus Platonem auctorem subsequens, & vim quandam dicens qua omnia regantur, eamque animalem, euelere conatur ex animis cognitionem deorum. Aristoteles quoque in tertio de Philosophia libro multa turbat a magistro Platone dissentiens. Modo enim menti tribuit omnem diuinatem, modo mundum ipsum deum dicit esse, modo alium quendam praeficit mundo, eiusque eas partes tribuit, ut replicatione quadam, mundi motum regat, atque tueatur: tum cæli ardorem deum dicit esse: non intelligens cælum mundi esse partem, quem alio loco ipse designauerit deum. Quomodo autem cæli diuinus ille sensus in celeritate tanta conseruari potest: ubi deinde illi tot dii, si numeramus etiam cælum deum? Quum autem sine corpore idem vult esse deum, omni illum sensu priuat, & prudentia. Quo porro modo mundus moueri potest carēs corpore? aut quomodo semper se mouens, esse quietus & beatus potest? Nec vero cius condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior, cuius in libris qui sunt de natura deotum, nulla species diuina describitur. Deos enim octo esse dicit, quinque eos qui in stellis vagis nominantur, unum qui ex omnibus sideribus quæ infixæ

## LIBER I.

10

cælo sunt, ex dispersis quasi membris, simplex sit putandus deus: septimum solem adiungit, octauumq[ue] lunam: qui quo sensu beatitudine esse possint, intelligi non potest. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides pueribus fabulis referit libros, & modo mundum, modo mentem diuinam esse putat: errantibus etiam stellis diuinatem tribuit, sensu que deum priuat, & eius formam mutabilem esse vult: eodemq[ue] libro rursus terram & cælum refert in deos. Nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est. Modo enim menti diuinum tribuit principatum, modo cælo, tum autem signis sideribusque caelestibus. Nec audiendus eius auditor Straton, is qui Physicus appellatur, qui omnem vim diuinam in natura sitam esse censet, quæ causas dignandi, augendi, minuendi, immutandique habeat, sed careat omni sensu & figura. Zeno autem (ut iam ad vestros Balbe veniam) naturalem legem vim diuinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus, Deum autem animantem certe volumus esse. Atque hic idem alio loco æthera deum dicit esse, si intelligi potest nihil sentiens deus, qui non quam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Alijs autem libris rationem quandam per omnium na-

b ij

turam rerum pertinentem, & vt diuinam esse affectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumq; mutationib; bus. Quum vero Hesiodi Theogoniam, id est originem deorum interpretatur, tollit omnis no vistatas præceptasq; cognitiones deorum. neq; enim Iouem, neq; Iunonē, neq; Vestam, neq; quenquam qui ita appelletur, in deorū ha bet numero, sed rebus inanimis atque mutis per quādam significationem hæc docet tributa nomina. Cuius discipuli Aristonis non minus magno in errore sententia est, qui neq; formam dei intelligi posse censeat, neque in diis sensum esse dicat, dubitetq; omnino deus animans nec ne sit. Cleāthes autem, qui Zenonē audiuit vñā cū eo quem proxime nominaui, tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturæ menti atq; animo tribuit hoc nomen, tum ultimum & altissimum atq; vndiq; circūfusum & extremum, omnia cingentem atq; complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat: idemq; quasi delirans in his libris quos scripsit contra voluptatem, cum confingit formam quandam & speciem deorum, tum diuinitatē omnem tribuit astris, tum nihil ratione censemt esse diuinus. Ita fit, vt deus ille quem mete noscimus, atq; in animi notione tanquam in vestigio volvamus reponere, nusquam prorsus appareat. At Perseus eiusdem Zenonis auditor, eos dis-

cit esse habitos deos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inuenta, ipsasq; res viles atque salutares deorum esse vocabulis nuncupatas, vt ne hoc quidem diceret, illa inuenta esse deorum, sed ipsa diuina. Quo quid absurdius quam aut res sordidas atq; deformes deorum honore afficere, aut homines iam morte deletos reponere in deos, quorū omnis cultus esset futurus in luctu? Iam vero Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferimus habetur interpres, magnam turbam congregat ignoritorum deorum, atq; ita ignororum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus, quum mēs nostra quiduis videatur cogitatione posse depingere. Ait enim vim diuinam in ratione esse positam, & vniuersæ naturæ animo atq; mente: ipsumque mundum deum dicit esse, & eius animi fusionem vniuersam, tū eius ipsius principatum, qui in mente & ratione versetur, communemque rerum natu ram vniuersam, atq; omnia continentem, tum fatalem umbram, & necessitatem rerum futuram. Ignem præterea, & eum quem ante disxi æthera, tum ea quæ natura fluenter atque manarent, vt aquam, & terram, & aera, solem, lunam, sidera, vniuersitatemque rerum, qua omnia continentur, atque etiam homines eos qui essent immortalitatem consecuti. Idemq; disputat æthera esse eum, quem homines Iovem appellarent: quiique aer per maria ma-

naret, eum esse Neptunum: terramq; eam que Ceres diceretur. Similq; ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. Idemq; etiam legis perpetuae & æternæ vim, quæ quasi dux vita & magistra officiorum sit, louem dicit esse, eandemq; fatalem necessitatē appellat, sem piternam rerum futurū veritatem. quorum nihil tale est, vt in eo vis diuina inesse videatur. Et hæc quidem in primo libro de natura deorum. In secundo autem vult Orphei, Musæ, Hesiodi, Homeriq; fabellas accommodare ad ea quæ ipse primo libro de diis immortibus dixerit, vt etiam veterissimi poëtae qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius consequens, in eo libro qui inscribitur de Minerua, partum Iouis, ortumq; virginis ad physiologiam traducens disiungit a fabula. Exposui fere non philosophotū iudicia, sed delirantium somnia. Nec enim multo absurdiora sunt ea quæ poetarum vocibus fusa, ipsa suauitate nouerunt, qui & ira inflammatos, & libidine furentes induxerunt deos, feceruntq; vt eorum bella, prælia, pugnas, vulnera videremus, odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intēperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortali procreatios. Cum poetarū autem erore cōiungere licet porteta magorum, Aegy-

ptiorumq; in eodem genere dementiam, tum etiam vulgi opiniones, quæ in maxima inconstantia veritatis ignoratione versantur. Ea qui consideret quā in inconsulte ac temere dicantur, venerari Epicurum, & in eorum ipsorum numero, de quibus hæc quæstio est, habere debet. Solus enim vidit primū esse deos, quod in omnium animis eorum notionem impressis set ipsa natura. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod nō habcat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat prolepsin Epicurus, id est antecptā animo rci quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari potest. Cuius rationis vim ac utilitatem ex illo cælesti Epicuri de regula & iudicio volume accepimus. Quod igitur fundamentum huius quæstiothis est, id præclare factum videtis. Quum enim nō instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium summa consensio, intelligi necesse est esse deos, quoniam insitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus. De quo autem omnium natura consentit, id verum esse necesse est. Esse igitur deos consensus est. Quod quoniā fere constat inter omnes nō philosophos solum, sed etiā indoctos, fatemur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, vt ante dixi, siue prænotionem deorum. Sunt enim rebus nouis noua ponen-

da nomina, vt Epicurus ipse Prolepsin appellauit, quam antea nemo eo verbo nominarat. Hanc igitur habemus, vt deos beatos & immortales putemus. Quæ enim nobis natura informationem deorū ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, vt eos æternos & beatos haberemus. Quod si ita est, vere exposita illa sententia est ab Epicuro, quod æternū beatumq; fit, id nec habere ipsum negotij quicq;, nec exhibere alteri: itaq; necq; ira, necq; gratia teneri: queq; talia essent, imbecilla esse omnia. Si nihil aliud quereremus, nisi vt deos pie coleremus, & vt superstitione liberaremur, satis esset dictū. Nam & præstans deorum natura hominū pietate coleretur, quū & æterna esset, & beatissima (habet enim venerationem iusta quicquid excellit) & metus omnis à vi atq; ira deorum pulsus esset. Intelligitur enim à beata immortaliq; natura & iram & gratiam segregari: quibus remotis, nullos à superis impendere metus. Sed ad hanc confirmandā opinionem inquirit animus & formam, & vitam, & actionem mentis, atque agitationem in deo. Ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet. Nam à natura habemus omnes, omnium gētium speciem, nullamq; aliam nisi humanam deorū. Quæ enim alia forma occurrit vñq;, aut vigilanti cuiquā, aut dormienti? Sed ne omnia reuocentur ad primas notiones, ratio hoc idem ipsa decla-

rat. Nam quum præstantissimam naturam vel quia beata est, vel quia sempiterna, conuenire videatur eandem esse pulcherrimā, quæ compositione membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species, humana potest esse pulchrior? Vos quidem Lucili soleatis, nam Cotta meus modo hoc, modo illud, quum artificium effingitis, fabricamque diuinam, quām sint omnia in hominis figura non modo ad vsum, verū etiam ad venustatē apta, describere. Quod si omnium animantium formam vincit hominis figura, deus autem animans est, ea figura profecto est, quæ pulcherrima sit omnium. Et quoniā deos beatissimos esse constat, beatus autem esse sine virtute nemo potest, nec virtus sine ratione constare, nec ratio vñquā sine hominis figura, hominis esse specie deos confitendū est. Nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus: nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. Hæc quāquā & inuenta sunt acutius, & dicta subtilius ab Epicuro, quām vt quiuis ea possit agnoscere, tamē fretus intelligentia vestra dissero breuius quā causa desiderat. Epicurus autem res occultas & penitus abditas non modo viderat animo, sed etiam sic tractat, vt manu doceat nos, eā esse vim & naturam deorum, vt primū nō sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum, vt ea quæ ille propter firmatatem Sterennia appellat, sed imaginibus si-

militudine & transitione perceptis, quum infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis existat, & ad deos affluat cum maximis voluptatibus, in eas imagines mentem intentam, infixamq; nostrā intelligentiam capere quæ sit & beata natura, &c æterna. Summa vero vis infinitatis, magna ac diligentí cōtemplatione dignissima est in qua intelligi necesse est eam esse naturā, vt omnia omnibus paribus paria respōdeant. Hanc isonomian appellat Epicurus, id est equabile tritulationem. Ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem: & si quæ intereant, innumerabilia sunt, etiam quæ conseruent, infinita esse debere. Et querere à nobis Balbe soletis, quæ vita deorum sit, quæ ab ijs degatur etas: ea videlicet, qua nil beatius, nil omnino bonis omnib; affluētius cogitari potest. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur, sua patientia & virtute gaudet, habet exploratum fore se semper tum in maximis, tum in æternis voluptatibus. Hunc deum rite beatum dixerimus, vestrum vero laboriosissimum. Siue enim ipse mūdus deus est, quid potest esse minus quietum, quam nullo puncto temporis intermissione versari circum axem celi admirabili celeritate? Nisi quietum autem nil beatum est. Siue ipso in mundo deus inest alius, qui regat, qui gubernet, qui cursus astro-

rum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesq; conseruet, tertas & maria contemplans, h; minum cōmoda vitaq; tueatur, nec ille est beatus implicatus molestis labiorisq; negotijs. Nos autem beatam vitam in animi securitate, & in omnium vacatione numerum ponimus. Docuit enim nos idē qui cætera, natura effectum esse mūdum, nihil opus fuisse fabrica, cāq; rem esse facile, quā vos effici negatis sine diuīna posse solertia, vt innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficeri sine aliqua mente possit, non videtis, vt Tragici poetæ, quū explicare argumenti existunt nō potestis, configitatis ad deū: cuius operam profecto non desideraretis, si immensam & interminatā in omneis partes magnitudinem regionū videretis, in qua se iniiciens animus, & intendens, ita late longeq; peregrinatur, vt nulla tamē oram vltierius videat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinū, altitudinū, infinita vis innumerabilū volitat Atomorū, quæ interierit, & inani cohærentū tamē inter se, & alię alias apprehēdentes cōtinuantur: ex quo efficiuntur h; rerū formæ atq; figure, quas vos effici posse sine follibus & incudibus nō putatis. Itaque impoñistis ceruicibus nostris sempiternū dominum, quem dies & noctes timeremus. Quis enim nō timeat omnia prouidentem, & cogi-

tantem, & animaduertentem, & omnia ad se pertinere putatē, curiosum & plenum negotij deum! Hinc nobis extitit primū illa fatalis necessitas, quā ἡμαρμένη dicitis, vt quicquid accidat, id ex æterna veritate causarumq; continuatione fluxisse dicatis. Quantū autem hæc philosophia æstimanda est, cui tanquam aniculis, & his quidem indoctis, fato fieri videantur omnia? Sequitur μετική vestra, quæ latine diuinatio dicitur, qua tanta imbuermur superstitione, si vos audire vellemus, vt aruspices, augures, arioli, vates, & coniectores nobis essent colendi. His terroribus ab Epicuro soluti, & in libertatem vindicati, nec metuimus eos quos intelligimus, nec sibi singere ullam molestiam, nec alteri querere, & pie sancteq; collimus naturam excellentem atq; præstantem. Sed elatus studio vereor ne lögior fuerim. Erat autem difficile rem tantam tamq; præclaram inchoatam relinquere. quāquam non tam discendi ratio mihi habēda fuit, quām audiendi. T v m Cotta comiter, vt solebat, Atqui, inquit, Vellei, nisi tu aliquid dixisses, nihil sane ex me quidem audire potuisses. Mihi enim non tam facile in mentem venite solet quare verum sit aliquid, quām quare falsum: idq; cum sepe, tū quum te audirem, pauloante contigit. Roges me qualem deorum naturam esse ducam, nil fortasse respondeam. Queras putem ne talem esse, qualis modo à te sit exposita, nil dicam

mihi videri minus. Sed antequā aggrediar ea quæ a te disputata sunt, de te ipso dicam quid sentiam. Sæpe enim de L. Crasso familiari illo tuo videor audisse, quum te togatis omnibus sine dubio anteferret, & paucos tecum Epicureos e Græcia compararet. Sed q; ab eo te misericordie diligi intelligebā, arbitrabar illum propter benevolentiam vberius id dicere. Ego autem & si vereor laudare præsentē, iudico tamen de re obscura atq; difficillima a te dictū esse dilucide, neq; sententijs solum copiose, sed verbis etiam ornatus q; solet nostri. Zenonē, quem Philo noster Coryphēum appellare Epicureorum solebat, quum Athenis essem, audieram frequenter, & quidem ipso auctore Philone, credo vt facilius iudicarem quām illa bene refellerentur, quum a principe Epicureorū accepissim quēadmodum dicerentur. Non igitur ille vt pleriq;, sed isto modo vt tu, distinxisti, grauiter, ornate. Sed quod in illo mihi vsu sæpe venit, idem modo quum te audirem, acciderat, vt moleste ferrem tantum ingenium (bona ventia me audies) in tā leues ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. Nec ego nunc ipse aliquid afferam melius. Ut enim modo dixi, omnibus ferè in rebus, sed maxime in physicis, quid non sit, citius quām quid sit, dixerim. Roges me quid aut quale sit deus, auctore utar Simonide: de quo quum quæsiuisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi

vnum diem postulauit:quū idem ex eo postris  
die quereret,bidū petiuit.Q uum s̄epius du-  
plicaret numerū dierum,admirāsc̄ Hiero re-  
quireret cut ita faceret,quia quāto,inquit,diu-  
tius cōsidero,tāto mihi res videtur obscurior.  
Sed Simonidē arbitror (nō enim poeta solum  
suavis,verū etiam c̄ætera q̄ doctus sapiensque  
traditur) quia multa venirent in mentē acuta  
& subtilia,dubstantem quid eorū esset verillī-  
mū,desperasse omnem veritatē. Epicurus ve-  
ro tuus (nam cū illo malo differere q̄ tecum)  
quid dicit,quod nō modo philosophia dignū  
esset,sed etiā mediocri prudētia! Queritur pri-  
mū in ea questione q̄ est de natura deorum,  
sint ne dei,nec ne sint.Dificile est negare,cre-  
do,s̄i in cōcione queratur: sed in huiuscemodi  
sermone,& in confessu facillimū.Itaq̄ ego ille  
Pontifex qui ceremonias religionesq; publicas  
sanctissime tuendas arbitror,ijs hoc qd̄ primū  
est,esse deos persuaderi,mihi nō opinione so-  
lum,sed etiā ad veritatē plane velim.Multa  
enim occurrit q̄e cōturbent,vt interdū nulli  
esse videantur.Sed vide q̄ tecum agam libera-  
liter:q̄e cōmunia sunt vobis cum cæteris phi-  
losophis,non attingam,vt hoc ipsum( placet  
enim omnibus fere,mihiq; ipsi in primis,deos  
esse,itac̄ non pugno)rationē tamen eam q̄e  
ā te affertur,non satis firmā puto.Q uod enim  
omnium gētium generūq; hominibus ita vi-  
deretur,id satis magnum esse argumētum di-

xisti cur esse deos cōfiteremur:quod cum leue  
per se,tum etiam falsum est.Primū enim vn-  
de tibi notæ sunt opiniones nationum: Equi-  
dem arbitror multas esse gētes sic immanita-  
te effratas,vt apud eas nulla suspicio deorum  
sit.Quid Diagoras atheos qui dictus est,post-  
eaq; Theodorus,nonne aperte deorum naturā  
sustulerūt? Nam Abderites quidem Protago-  
ras,cuius à te modo mentio facta est,lophi-  
stes temporibus illis vel maximus,quū in prin-  
cipio libri sic posuisset,De dijs neque vt sint,  
neque vt nō sint,habeo dicere: Atheniensium  
iussu vrbe atque agro est exterminatus,libri  
que eius in concione combusti.Ex quo equidē  
existimo tardiores ad hanc sententiam profi-  
tendam esse factos multos:quippe quum pœ-  
nam ne dubitatio quidem effugere potuisset.  
Quid de sacrilegis,de impijs periuriisque dice-  
mus? S̄i Tubulus,s̄i Lucius vñquam,s̄i Lopus,  
aut Carbo,aut Neptuni filius,vt ait Lucilius,  
putasset esse deos,tam periurus , aut tam im-  
purus fuisset? Nō est igitur tam explorata ista  
ratio ad id quod vultis confirmandum , quam  
videtur.Sed quia commune hoc est argumentum  
aliorum etiam philosophorum,omittam  
hoc tempore , ad vestrā propria venire malo.  
Concedo esse deos , docē me igitur vnde sint,  
vbi sint,quales sint corpore,animo,vita. Hæc  
enim scire desidero . Abuteris ad omnia Atos-  
morū regno & licetia.Hinc quodcunq; in solū

venit (vt dicitur) effingis, atq; efficis. Quæ pri  
mū nullæ sunt: nihil est enim quod vacet cor-  
pore. Corporibus autē omnis obsidetur locus.  
Ita nullum inane, nihil esse indiuiduū potest.  
Hæc ego nunc physicorum oracula fundo: ve-  
ra autem an falsa, nescio, sed verisimili tamen  
similiora quam̄ vestra. Ista enim flagitia De-  
mocriti, sive etiā ante Leucippi, esse corpuscu-  
la quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, par-  
tim autem angulata, & quædam pyramidata,  
. curuata quædam & quasi adunca: ex his effe-  
ctum esse cælum atque terras nulla cogente  
natura, sed concursu quodam fortuito: hanc  
tu opinionem C. Vellei vscq; ad hanc ætatem  
perduxisti, priusq; te quis de omni vitæ statu  
quam de ista auctoritate deiecerit. Ante enim  
iudicasti Epicureum te esse oportere, q; ista co-  
gnouisti. Ita neceſſe fuit aut hæc flagitia con-  
cipere animo, aut suscep̄ philosophiq; nomē  
amittere. Quid enim metreas vt Epicurus esse  
desinas? Nihil equidem inquis, vt rationem vi-  
tae beatæ veritatemq; deseram. Ista quidem est  
veritas. Nam de vita beata nil repugno, quam  
tu ne in deo quidem esse censes, nisi plane otio  
langueat. Sed vbi est veritas in mundis credo  
innumerabilibus, omnibus minimis temporū  
punctis, alijs nascentibus, alijs cadentibus, an  
indiuiduis corpusculis, tā preclara opera nulla  
moderante natura, nulla ratione singentibus?  
Sed oblitus liberalitatis meę, qua tecum pau-

loante vti cœperam, plura complector. Cœ-  
dam igitur ex indiuiduis constare omnia. quid  
ad rem! Deorum enim natura queritur. Sint sa-  
ne ex Atomis, non igitur æterni. Quod enim  
ex Atomis sit, id natum aliquando sit. Si natū,  
nulli dei antequam nati. Et si ortus est deorū,  
interitus sit necesse est: vt tu pauloante de Pla-  
tonis mundo disputabas. Vbi igitur illud ve-  
strum beatum & æternū, quibus duobus ver-  
bis significatis deum? Quod cum efficere vul-  
tis, in dumeta correptis. Ita enim dicebas, nō  
corpus esse in deo, sed quasi corpus: non san-  
guinem, sed quasi sanguinem. Hoc persepe fa-  
citis, vt quem aliquid nō verisimile dicatis, &  
effugere reprehēsiones velitis, afferatis aliquid  
quod omnino ne fieri quidem possit: vt satius  
fuerit id ipsum de quo ambigebatur, concede-  
re, q; tam impudenter resistere: velut Epicurus  
qui videret si Atomi ferrentur in locum infe-  
riorem suopte pondere, nil fore in nostra po-  
testate, q; esset earū motus certus & necessa-  
rius, inuenit quo modo necessitatē effugeret,  
quod videlicet Democritū fugerat. Ait Ato-  
mum qui pondere & grauitate directa deor-  
sum feratur, declinare paululū. Hoc dicere tur-  
pius est, q; illud quod vult, nō posse defendere.  
Idem facit cōtra Dialecticos: a quibus qui tra-  
ditū sit, in omnibus disiunctionibus, in quibus  
aut etiā aut nō poneretur, alterutrū verū esse,  
pertinuit ne si cōcessum esset huiusmodi ali-

quid, aut viuet cras, aut no viuet Epicurus, alterum fieri necessariū. Totum hoc, aut etiam, aut no, negavit esse necessarium. quo quid dici potest obtusius? Vrgebat Arcesilas Zenonem, quū ipse omnia falsa diceret, quæ sensibus viderentur: Zeno autem, nonnulla visa esse falsa, no omnia. Timuit Epicurus, ne si vnum visum esset falsum, nullum esset verum: omnes sensus veri nuncios dixit esse. nil horum nisi callide. grauiore enim plagam accipiebat, vt leuiore repelleret. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorū corporum concretionē fugit, ne interitus & dissipatio consequatur: negat esse corpus deorum, sed tanq̄ corpus: nec sanguinem, sed tanq̄ sanguinem. Mirabile videtur q̄ no rideat aruspex, quū aruspicem viderit: hoc mirabilius, q̄ vos inter vos risum tenere possitis. Non est corpus, sed quasi corpus. Hoc intelligerem quale esset, si id in ceris fingeretur, aut fictilibus figuris. In deo quid sit quasi corpus, aut quasi sanguis, intelligere non possum, ne tu quidē Vellei: sed no vis fateri. Ista enim a vobis quasi dictata reddutur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est, quū quidem gloria retrur, vt videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum: quod & non prædicanti tamen facile quidē credam, sicut mali ædificij domi no glorianti se architectum non habuisse. Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil e puerilibus quidē disciplinis. Xenocratem

audire potuit, quem virum, dij immortales! & sunt qui putant audiuisse, ipse non vult, credo plus nemini. Pamphilū quedam Platonis auditorē ait a se Sami auditum. Ibi enim adolescentis habitabat cū patre & fratribus, q̄ in ea pater eius Neocles agripeta venerat. Sed quū agellus eum no satis aleteret, vt opinor, ludi magister fuit. Sed hunc Platonicum mirifice constēnit Epicurus, ita metuit, ne quid vnq̄ didisse videatur. In Nausiphane Democriteo testetur. Quem quū a se no neget auditū, vexat tamen omnibus cōtumelijs. Atqui si hæc Democritea non audisset, quid audierat? Quid est in physicis Epicuri no a Democrito? Nā & si quedam commutauit, vt quod pauloante de inclinatione Atomorū dixi, tamen pleraq; dicit eadem, Atomos, inanes imagines, infinitates locorum, innumerabilitateq; mundorum, eorum ortus & interitus, omnia fere quibus naturæ ratio cōtinetur. Nunc istud quasi corpus & quasi sanguine, quid sit intelligis? Ego enim te scire ista melius quam me non fateor solum, sed etiam facile patior, quum quidē semel dicta sunt. Quid est quod Velleius intelligere possit, Cotta non possit? Itaque corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo: quasi corpus quid sit, & quasi sanguis quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Nec tu me celas, vt Pythagoras solebat alienos, nec consulto discis occulte, tanquā Heraclitus, sed quod inter

nos liqueat, ne tu quidē intelligis. Illud video  
pugnare te, species vt quedam sit deorum, que  
nil concreti habeat, nil solidi, nil expressi, nil  
eminētis, sitq; pura, leuis, perlucida. Dicemus  
ergo idē quod in Venere Coa:corpus non est,  
sed simile corpori: nec ille fūsus & candore  
mixtus rubor, sanguis est, sed quedā sanguinis  
similitudo. Sic in Epicureo deo, nō res, sed simi  
litudines rerum esse, fac, id quod ne intelligi  
quidē potest, mihi esse persuasum. Cedo mihi  
istoru adumbratorū deorum lineamenta atq;  
formas: nō deest hoc loco copia rationū, qui  
bus docere velitis humanas esse formas deorū.  
Primū q; ita sit informatū anticipatum mens  
tibus nostris, vt homini quum deo cogitet,  
forma occurrat humana. Deinde vt quoniā  
rebus omnibus excellat natura diuina, forma  
quoc; esse pulcherrima debeat, nec esse huma  
na vllam pulchriore. Tertiam rationem affer  
tis, q; nulla in alia figura domiciliū mentis es  
se possit. Primū igitur nequicquā consideratis  
quale sit. Arripere enim mihi videmini quasi  
vestro iure rem nullo modo probabilem. quis  
tam cæcus in cōtemplandis rebus vnquā fuit,  
vt nō videret species istas hominī collatas in  
deos, aut consilio quodā sapientū, quo facilius  
animos imperitorū ad deorum cultum à vītē  
prauitate cōuerterent, aut superstitione, vt es  
sent simulacra que venerātes deos ipsos sē ad  
re crederēt. Auxerunt autem hæc eadem poes

ta, pictores, opifices. Erat autē non facile agē  
reis aliquid & molienteis deos in aliarum for  
marum imitatione seruare. Accessit etiam ista  
opinio fortasse, quod homini homine nihil pul  
chrius videatur. Sed tu hēc physice non vides,  
quām blanda conciliatrix, & quām sui sit lena  
natura! An putas vllam esse terra mariq; bel  
luam, quæ non sui generis bellua maxime de  
lectetur? Quod ni ita esset, cur no gestiret tau  
rus equa contrectatione, equus vacca? An tu  
aquilam, aut leonem, aut delphinū vllam an  
teferre censes figuram suæ? Quid igitur mirū  
si hoc eodē modo homini natura præscriptis,  
vt nil pulchrius quam hominem putaret, eam  
esse causam cur deos hominum similes puta  
remus? Quid censes? si ratio esset in belluis, nō  
suo quasque generi plurimum tributuras fuis  
te? at mehercle ego ( dicam enim vt sentio )  
quāuis armen ipse me, tamen non audeo dice  
re pulchriorem esse me, quām ille fuit taurus,  
qui vexit Europam. Non enim hoc loco de in  
genijs, aut de orationibus nostris, sed de spe  
cie figuraque queritur. Quod si fingere nobis  
& iungere formas velimus, qualis ille mariti  
mus Triton pingitur, natantibus inuehēs bel  
luis adiūctis humano corpori, nolis esse. Dis  
fici in loco versor. Est enim vis tanta nature,  
vt homo nemo velit nisi hominis similis esse,  
& quidē formica formicæ. Sed tamē cuius ho  
minis: quotus enim quisq; formosus est? Athe  
nis: quotus enim quisq; formosus est? Athe

nis quum essem, e gregibus epheborū vix sin-  
guli reperiebātur. Video quid arriseris, sed ta-  
men ita res se habet. Deinde nobis, qui conce-  
dentibus philosophis antiquis, adolescentulis  
delectamur, etiam virtus sēpe iuctūa sunt. Ne-  
uus in articulo pueri delectat Alcēum. At est  
corporis macula neuuus, illi tamē hoc lumen vi-  
debatur. Quintus Catulus huius collegē & fa-  
miliaris nostri pater, dilexit municipem tuū  
Rosciū, in quem etiam illud est eius. Consta-  
teram exorientem auroram forte salutans, Cū  
subito a lēua Roscius exoritur. Pace mihi li-  
ceat cælestes dicere vestra, Mortalis visus pul-  
chrior esse deo. Huic pulchrior deo: at erat, si-  
cut hodie est, peruersissimis oculis. Quid refert  
Si hoc ipsum salsum illi & venustū videbatur?  
Redeo ad deos, ecquos insigni nota strabones,  
aut petulos esse arbitramur, ecquos neuum ha-  
bere, ecquos silos, flaccos, frōtones, capitones,  
quæ sunt in nobis? An omnia emendata in il-  
lis? Detur id vobis. Num etiam est vna omniū  
facies? Nam si plures, aliam esse alia pulchrio-  
rem necesse est. Igitur aliquis non pulcherri-  
mus deus. Si vna omnium facies est, florere in  
cælo Academiam necesse est. Si enim nil inter  
deum & deum differt, nulla est apud deos co-  
gnitio, nulla perceptio. Quod si etiam Vellei  
falsum illud omnino est, nullam altam nobis  
deo cogitantibus speciem nisi hominis oc-  
currere, tamen ne ista tam absurdā defendes?

Nobis fortasse si occurrit, vt dicis, apparuisse  
Iouem, Iunonem, Mineruam, Neptunū, Vul-  
canum, Apollinem, reliquos deos ea facie no-  
uimus qua pictores fictoresque voluerunt, ne-  
que solum facie, sed etiam ornatu, ætate, atq;  
vestitu. At non Aegyptij, nec Syrij, nec fere  
cuncta Barbaria. Firmiores enim videoas apud  
eos opiniones esse de bestijs quibusdā, q; apud  
nos de sanctissimis tēplis & simulacris deorū.  
Etenim fana multa expoliata, & simulacra  
deorum de locis sanctissimis ablata videmus  
a nostris. At vero nefandum quidem auditu est  
crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab  
Aegyptio. Quid igitur censes Apim illum san-  
ctum Aegyptiorum bouem? Nonne deum vi-  
deri Aegyptijs? Tam hercle quam tibi illā no-  
stram Sospitam, quam tu nunq; ne in somnis  
quidem vides nisi cum pelle caprina, cum ha-  
sta, cum scutulo, cum calceolis repādis. At nō  
est talis Argia, nec Romana Iuno. Ergo alia  
species Iunonis Argiuis, alia Lanuinis. Et qui-  
de alia nobis Capitolini, alia Aphris Ammo-  
nis Louis. Non pudet igitur physiciū, id est spe-  
culatorem ventilatoremq; naturæ, ab animis  
consuetudine imbutis petere testimoniu veri-  
tatis? Isto enim modo dicere licebit Iouē sem-  
per barbatum, Apollinē semper imberbem,  
cæsios oculos Minerue, ceruleos esse Neptuni.  
Et quidem Athenis laudamus esse Vulcanum  
eū, quē fecit Alcamenes, in quo stante atq; ve-

fito leuiter apparet claudicatio nō deformis.  
 Claudum igitur habebimus deum, quoniā de  
 Vulcano sic accepimus. Age & his vocabulis  
 deos esse facimus, quibus à nobis nominantur.  
 At primū quot hominum linguae, tot nomina  
 deorum. Nō enim vt tu Velleius quo cūq; iue-  
 ris, sic idem in Italia Vulcanus, idem in Aphri-  
 ca, idem in Hispania. Deinde nominū non ma-  
 gnus numerus ne in pontificijs quidē nostris,  
 Deorum autē innumerabilis. An sine nominis  
 bus sunt? Istud quidē ita vobis dicere necesse  
 est. Quid enim attinet, cū vna facies sit, plura  
 esse nomina? Qz bellum erat Vellei cōfiteri po-  
 tius nescire q̄e nescieris, q̄ ista effutientē nau-  
 seare, atq; ipsum sibi displicere! An tu mei si-  
 milē putas esse, aut tui deū? profecto non pu-  
 tas. Quid ergo! Solem dicam, aut lunā, aut cē-  
 lum deū? Ergo etiam beatū q̄libet fruentē vo-  
 luptatibus & sapiente. Qui potest esse in eius-  
 modi trūco sapientia? Hęc vestra sunt. Si igitur  
 nec humano vſu qđ docui, nec tali aliquo, qđ  
 tibi ita persuasum est, quid dubitas? Negare  
 deos esse nō audes, sapienter id quide: & si hoc  
 loco nō populum metuis, sed ipsos deos. Noui  
 ego Epicureos omnia sigilla numerātes. q̄q vi-  
 deo nōnullis videri Epicurum ne in offensione  
 Atheniensū caderet, verbis reliquisse deos, re-  
 fustulisse. Itaq; in illis selectis eius breuibusq;  
 sententijs, quas appellatis nūpiac̄ dōfōg, hęc  
 (vt opinor) prima sentētia est. Qđ beatum &

Immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiq;  
 negotiū. In hac ita exposita sentētia, sunt qui  
 existimant, quod ille inscrita plane loquendi  
 fecerit, fecisse consulto. De homine minime  
 vafro male existimant. Dubium est enim vtrū  
 aliquid dicat iste beatum & immortale, an  
 si quod fit, id esse immortale. Non an naduer-  
 tunt, hic eum ambigue locutum esse, iēd mul-  
 tis alijs locis & illum & Metrodorum tam  
 aperte, quām pauloante te. Ille vero deos esse  
 Putat, nec quēquam vidī qui magis ea quæ ti-  
 menda esse negaret, timeret, mortem dico, &  
 deos, quibus mediocres homines non ita val-  
 de mouentur. His ille clamat omnium morta-  
 lium mentes esse perterritas. Tot milia latro-  
 cinantur morte proposita: alij omnia quæ pos-  
 sunt fana compilant. Credo, aut illos mortis ti-  
 mor terret, aut hos religionis. Sed quoniā non  
 audes (iam enim cū ipso Epicuro loquar) ne-  
 gare esse deos, quid est quod te impediat, aut  
 solem, aut mundum, aut mente aliquam sem-  
 piternam in deorum natura ponere? Nūquam  
 vidi, inquit, animam rationis consilijs parti-  
 cipem, in vlla alia nisi humana figura. Quid so-  
 lis nunquidnam, aut lunæ, aut quinq; errantū  
 siderum simile vidisti? Sol duabus vnius orbis  
 vltimis partibus definiens motum, cursus an-  
 nuos conficit: huius hanc lustrationem eiusde  
 incensa radijs menstruo spatio luna compleat.  
 Quinq; autem stellæ eundem orbem tenen-

tes, alia propius à terris, alia remotius ab eiusdem principijs, disparibus temporibus eadē spacia conficiunt. Nunquid tale Epicure vidiſſit? Ne sit igitur sol, ne luna, ne stelle, quoniam nil esse potest nisi quod attigimus, aut vidiſſimus. Quid deum ipsum nōne vidiſſisti? Cur igitur credis esse? Tollamus ergo omnia, quae aut historia nobis, aut ratio noua affert: ita fiet ut mediterranei mare esse non credant. Quae sunt tantæ animi angustiae, vt si Seriphī natūs essem, nec vñquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque s̄aþe vidiſſes, non crederes leones & pantheras esse, quum tibi quales essent dicerentur? Si vero de elephante quis diceret, etiam rideri te putares? Et tu quidem Vellei non vestro more, sed dialecticorum, quos funditus gens nostra nō nosuit, argumenti sententiam concludisti. Beatos esse deos sumplisti, concedimus: beatum autem sine virtute nemine esse posse, id quoque damus, & libenter quidem: virtutem autem sine ratione constare non posse, conueniat id quoq; necesse est. Adiungis nec rationem esse nisi in hominis figura. Quē tibi hoc daturum putas? Si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc peruenire? Quod autem est istuc gradatim, sumplisses tuo iure. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem vis deo te venisse gradibus: à ratione ad humānam figuram quo modo accedis? Præcipita-

re istuc quidem est, non descendere. Nec vero intelligo cur maluerit Epicurus deos hominum similes dicere, quām homines deorum. Quæres quid intersit. Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video. Sed hoc dico, non ab hominibus formæ figuram venisse ad deos: dij enim semper fuerunt, nati nunquam sunt, si quidem æterni sunt futuri: at homines nati: ante igitur humana forma quām homines, ea qua erant forma dij immortales. Non ergo illorum humana forma, sed nostra diuina dicenda est. Verum hoc quidē ut voletis. Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna. Nihil enim ratione in rerum natura factum esse vultis. Sed tam quis est iste talis casus, vnde tam felix concursus atomorum, vt repente homines deorum forma nascerentur? Seminā ne deorum decidisse de cælo putamus in terras, & sic homines patrum similes extitisse? Velo diceretis: deorum cognitionem agnoscere non inuitus. Nihil tale dicitis, sed casu esse factum vt similes esserimus deorum. Et nunc argumenta quærenda sunt, quibus hoc refellatur. Vtinam tam facile vera inuenire possim, quām falsa conuincere. Etenim enumerasti memoriter & copiose, vt mihi quidem admirari liberet in homine esse Rosmano tantam scientiam, vsque à Thale Mislesio de natura deorum philosophorum sententias. Omnes ne tibi illi delirare visi sunt,

qui sine manibus & pedibus constare deū posse decreuerunt? Ne hoc quidem vos mouet cōsiderantes quæ sit vtilitas, quæc opportunitas in homine membrorum, vt iudicetis membris humanis deos non egere. Quid enim pedibus opus est sine ingressu? quid manibus si nihil comprehendēdum est? Quid reliqua descriptione omnium corporis parrium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacuū est? Itaq; nulla ars imitari solertia naturæ potest. Habebit igitur linguam deus, & non loquetur dentes, palatum, fauces, nullum ad vsum! quæc procreationis causa natura corpori affixir, ea frustra habebit deus? Nec externa magis quam interiora. Cor, pulmones, siccum, ceteraque, detracta vtilitate quid venustatis habent? quandoquidem hæc esse in deo propter pulchritudinem vultis. Iстis ne fidentes somnijs, non modo Epicurus, & Metrodorus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemq; dixerunt, sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est, scito quidem illa sermone & Attico. Sed tamen cur tantum Epicuri hortus habuerit licentia, etiam soletis quererere. Zeno quidem litigabat. Quid dica Albutium? Nam Phædro nihil elegantius, nihil humanius. Sed stomachabatur senex si quid asperius dixerat, quum Epicurus Aristotelem vexarit cōtumeliosissime, Phædoni Socratico turpissime ma-

ledixerit, Metrodori sodalis sui fratre Timocratem, quia nescio quid in philosophia disserit, totis voluminibus conciderit, in Democritum ipsum quem secutus est, fuerit ingrasus, Nausiphanem magistrum suum, a quo nihil didicerat, tam male acceperit. Zeno quidem non solum eos qui tum erant, Apollodorus, Syllum, ceterosq; figebat maledictis, sed Socratem ipsum parentem philosophiæ, lati no verbo vtens, incurram Atticum fuisse dicebat, Chrisippum nunquam nisi Cisippam vocabat. Tu ipse pauloante, quum tanquam senatum philosophorum recitares, summos viros despere, delirare, dementes esse dicebas: quorum si nemo verum vidit de natura deorum, verèdum est ne nulla sit omnino. Nam ista quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. Nō enim sentitis quam multa vobis suscipienda sint, si impetraveritis vt concedamus eandē hominū esse & deorum figuram: omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini, ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, cōprehensio, ad extremū etiā sermo & oratio. Nā quod & mares deos & fœminas esse dicitis, quid sequatur videtis. Eodem mirari sat's non possum, vnde ad istas opiniones vester ille princeps venerit. Sed claram non desinitis retinendū hoc esse, vt deus beatus immortalisque sit. Quid autem obstat

quo minus sit beatus si non sit bspes? At ista siue beatitas siue beatitudo dicenda sit (vtrū que omnino durum, sed visu mollienda nobis verba sunt) Verum ea quæcunque est, cur aut in sole illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura membrisq corporis vacuam cadere nō potest? Nihil aliud dicitis, nisi, Nunquam vidi solem aut mundum beatum. Quid mundum præter hunc vñquam ne vidisti? Negabis. Cur igitur non sexcenta milia esse mūdorum, sed innumerabilia ausus es dicere? Ratio docuit. Ergo hoc te ratio non docebit, quum præstantissima natura quæatur, eaq; beata, & æterna, quæ sola diuinæ naturæ sunt, vt immortalitate vincamus ab ea natura, sic animi præstantia vinci: atque vt animi, item corporis? Cur igitur quum cætēsis rebus inferiores simus, forma pares sumus? Ad similitudinem enim deo proprius accedebat humana virtus, quæ figura. An quicquā tam puerile dici potest (vt eundem locū diutius virgeam) quæm si ea genera belluarum quæ in rubro mari Indiave gignantur, nulla esse dicamus? At qui ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tā multa possunt, q; sunt multa quæ terra, mari, paludibus, fluminib; existant, quæ negemus esse, quia nūq; vidimus. Ipsa vero quām nihil ad rem pertinet, quæ vos delectat maxime, similitudo? Quid canis? nōne similis lupo? Atqui vt En-

nus, Simia quæm similis turpissima bestia nobis? At mores in vtroque dispare. Elephanto belluarum nulla prudentior, at figura quæ va- stior? De bestijs loquit. Quid inter ipsos ho- mines? nōne & simillimis formis dispare mos- res, & moribus figura dissimilis? Etenim si se- mel Vellei suscipimus genus hoc argumenti, attende quo serpat. Tu enim sumebas, nisi in hominis figura rationem inesse non posse: su- met alius nisi in terrestri, nisi in eo qui natus sit, nisi in eo qui adoleuerit, nisi in eo qui didi- cerit, nisi in eo qui ex animo constet, & corpo- re caduco & infirmo, postremo nisi in homine atque mortali. Quod si in omnibus his rebus oblistis, quid est quod te forma vna cōturbet? His enim omnibus quæ proposul adiunctis, in homine rationem esse & mentē videbas: qui- bus detractis deum tamen nosse te dicas, mos- do lineamenta maneant. Hoc est non con- siderare, sed quasi fortiri quid loquare. Nisi forte ne hoc quidem attendis, non modo in homine, sed etiam in arbore quicquid su- peruacaneum sit, aut vsum non habeat, ob- stare. Atqui nunquid molestum est vno digi- to plus habere? quid ita? quia nec speciem, nec vsum alium quinque desiderant. Tuus autem deus non digito vno redundant, sed cas- pite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, ter- go, poplitibus, manibus, pedibus, foemini- bus, cruribus. Si vt immortalis sit, quid hæc

ad vitam membra pertinent? quid ipsa facies?  
magis illa, cerebrū, cor, pulmones, iecur? Hæc  
enim sunt domicilia vitæ. Oris quidem habi-  
tus ad vitæ firmitatem nihil pertinet. At eos  
vituperabas qui ex operibus magnificis atq;  
præclaris cum ipsum mundum, cum eius mē-  
bra, cælum, terras, maria, cumq; horum insi-  
gnia solem, lunam, stellasq; vidissent, cumque  
temporum maturitates, mutationes, viciſſitu-  
dinesq; cognouissent, suspicati essent aliquam  
excellentem esse præstantemq; naturam quæ  
hæc fecisset, moueret, regeret, gubernaret. qui  
etiam si aberrant a coniectura, video tamen  
quid sequatur. Tu quod opus tandem magnū  
& egregium habes, quod effectum diuina mē-  
te videatur, ex quo esse deos suspicere. Habe-  
bam, inquis, in animo insitam informationem  
quādam dei, & barbati quidem Louis, galeatæ  
Mineruæ. Num igitur tales esse putas? Quāto  
melius hoc vulgus imperitorū, qui non mem-  
bra solū hominis deo tribuat, sed vsum etiam  
membrorum! Dant enim arcum, sagittas, ha-  
stam, clypeum, fuscinam, fulmen. Etsi actio-  
nes quæ sint deorum non vident, nihil agen-  
tem tamen deum non queunt cogitare. Ipsi  
qui irridentur Aegyptij, nullam belluam, nisi  
ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent,  
consecrauerunt: velut ibes maximam vim ser-  
pentum conficiunt: quum sint aues excelsæ,  
cruribus rigidis, corneo procerop; rostro, auer-

tunt pestem ab Aegypto, quum volucres an-  
gues ex vastitate Libyæ vento Africo inue-  
ctas interficiunt atque consumunt. Ex quo fit  
vt illæ viuæ nec mortuæ noceat, nec odore mor-  
tuæ. Possum de Ichneumonum vtilitatem, de  
crocodilorum, de felium dicere, sed nolo esse  
longior. Ita concludam tamen, belluas a bar-  
baris propter beneficium consecratas: vestro-  
sum deorum non modo beneficiū nullum ex-  
tare, sed ne factum quidem omnino. Nihil ha-  
bet, inquit, negotij. Profecto Epicurus, quasi  
pueri dedicati, nihil cessatione melius existi-  
mat. At ipsi tamen pueri etiam quū cessant,  
exercitatione aliqua ludicra delectantur. Deum  
sic feriatum volumus cessatione torpere, vt si  
se commouerit, vereamur ne beatus esse non  
possit. Hæc oratio non modo deos spoliat mo-  
tu & actione diuina, sed etiam homines iner-  
tes efficit, si quide agens aliquid nec deus qui-  
dem beatus esse potest. Verum sit sane, vt vul-  
nis, deus effigies hominis & imago: quod eius  
est domicilium: quæ sedes? qui locus? quæ dein-  
est actio vitæ? quibus rebus, id quod vultis, bea-  
tus est? Utatur enim suis bonis oportet, frua-  
tur, qui beatus futurus est. Nam locus quidem  
suis etiam naturis quæ sine animis sunt, sius est  
cuiq; proprius, vt terra infirmū teneat, hanc in-  
undet aqua, supremum æther, ignibus altissi-  
ma ora reddatur. Bestiarū autem terrenæ sunt  
aliae, partim aquatiles, aliae quasi anticipites, tri-

vtracq; sede viuentes: sunt quædam etiam quæ igni nasci putentur, appareantq; in ardētibus fornacib; sāpe volitantes. Quārō igitur vester deus primum vbi habitet. Deinde quæ causa eum loco moueat, si modo mouetur alia quando. Postremo quum hoc propriū sit animalium, vt aliquid appetant quod sit naturæ accōmodatum, deus quid appetat, ad quam deniq; rem motu mentis ac rationis vtatur. Postremo quomodo beatus sit, quomodo æternus. Quicquid enim horū attigerit, hulcus est, ita male instituta ratio exitū reperire nō potest. Sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione, nō sensu, nec esse in ea vllam soliditatem, necq; eandē ad numerū permanere, eāq; esse eius visionē, vt similitudine & transitione cernatur, necq; deficiat vnq; ex infinitis corporibus similium accessio: ex eoq; fieri, vt in hac intenta mens nostra beatam illam naturā & sempiternā putet. Hoc per ipsos deos de quibus loquimur, quale tandem est? Nam si tantummodo ad cognitionem valent, nec habent vllam soliditatē, nec eminētiā, quid interest vtrū de Hippocetauro, an de dco cogitemus? Omnem enim talem confirmationē animi cæteri philosophi motū inanem vocant. Vos autem aduētum in animos, & introitū imaginū dicitis. Vt igitur Ti. Gracchū quum videor cōcionantem in capitolio videre de M. Octauio deferente stellam, tū eum motum animi dico

esse inanē: tu autē & Gracchi, & Octauij imagines remanere: que in capitolū quum peruerterint, tum ad animum meum referantur: hoc ideni fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo esse beati atq; æterni intelligantur. Fac imagines esse quibus pulsentur animi, species dūtaxat obiicitur quædā: nū etiā cur ea beata sit, cur æterna? Quæ autē istæ imagines vestræ aut vnde a Democrito omnino hæc licentia? Sed & ille reprehensus a multis est, nec vos exitū reperitis, totaq; res vacillat & claudicat. Nā quid est quod minus probari possit, q; omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis, nec ex forma qua illi fuerūt? Quomodo ergo illi, & quorū imagines! Orpheū poetā docet Aristoteles nunq; fuisse, & hoc orphicū carmen Pythagorei ferūt cuiusdā fuisse cerdonis. At Orpheus, id est imago eius, vt vos vultis, in animum meum sāpe incurrit. Quid q; eiusdem hominis in meū alia, alia in tuū? Quid quodd earum rerum quæ nunq; omnino fuerūt, neq; esse potuerunt, vt Scyllæ, vt Chimæræ? Quid q; homini, locorum, vrbium earū quas nunq; vidimus? Quid q; simul ac mihi collibetum est, præsto est imago! Quid q; etiā ad dormentem veniunt inuocatæ? Tora res Vellei nugatoria est: vos autē non modo oculis imagines, sed etiā animis inculcatis: tanta est impietas garriendi, ad quam licenter fluentium

frequenter transitio sit visionum, vt e multis  
vna videatur. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis qui ista defendatis. Quomodo enim probas continenter imaginis ferri? aut si continenter, quo modo æternæ? Innumerabilitas (inquit) suppeditat Atmomum. Num eadem ergo ista facient, vt sint omnia sempiterna? Confugis ad æquilitatem. sic enim isonomian (si placet) appelles. mus. Et ais quoniā sit mortalis natura, immortalem etiam esse oportere. Isto modo quoniā homines mortales sunt, sint aliqui immortales: & quoniam nascuntur in terra, nascantur in aqua: & quia sunt quæ interimant, sint quæ conseruent. Sint sane, sed ea conseruent quæ sunt: Deos istos esse non sentio: omnis tamen ista rerum effigies, ex diuinis quomodo corporibus oritur? Quæ etiam si essent, quæ nulla sunt, pellere se ipsa, & agitari inter se cōcursu fortasse possent: formare, fucare, colorare, animare non possent. Nullo igitur modo immortalem deum efficitis. Videamus nunc de beato, sine virtute certe nullo modo. Virtus auctem actuosa, & deus vester nihil agens, expersa virtutis igitur, ita ne beatus quidem. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum nullo malorum interuentu. Quorum tandem bonorum? Voluptū credo, nempe ad corpus pertinentium. Nullam enim nouistis nisi profectam a corpore, aut redeuntē ad corpus animi

voluptatem. Non arbitror te Vellei simile esse Epicureorum reliquorum, quos non pudeat earundem Epicuri vocum, quibus ille testatur se ne intelligere quidem ullum bonū, quod sit seiunctum a delicatis & obscenis voluptatibus: quas quidem non erubescens persequitur omnes nominatim. Quem cibum igitur, aut quas potionēs, aut quas vocum & florū varietates, aut quos tactus, quos odores adhibetis ad deos, vt eos perfundatis volnptatib⁹? At poetæ quidem nectar ambrosiamq; epulis cōparant, & aut luuentem, aut Ganymedem pocula ministrantem. Tu autem Epicure quid facies? Nec enim vnde habeat ista deus tuus video, nec quomodo vñatur. Locupletior igitur hominū natura ad beatē viuendū est, q̄ deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. At has leuiores ducis voluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbū est) adhibetur sensibus. Quousq; ludis: nam etiam Philo noster ferre non poterat aspernari Epicureos molles & delicatas voluptates. Summa enim memoria pronūciabat plurimas Epicuri sententias his ipsis verbis quibus erant scriptæ. Metrodori vero, qui est Epicuri collega sapientior, multa impudētiora recitabat. Accusat enim Timocratem fratrem suū Metrodorus, q̄ dubitet omnia que ad beatam vitā pertineant, ventre metiri: neq; id semel dicit, sed s̄p̄ius. Annuere te video. nota enim tibi sunt.

Proferem libros, si negares. Neq; nunc reprehendo, q; ad voluptatē omnia referantur, alia est ea quæstio, sed doceo deos vestros esse voluptatis expertes, ita vestro iudicio ne beatos quidem. At dolore vacant. Satin' est id ad illā abundantem bonis vitam beatissimam? Cogitat, inquiunt, assidue beatū esse se: habet enim nihil aliud quod agitat in mēte. Comprehende igitur animo, & propone ante oculos deū nihil aliud in omni æternitate, nisi, Mihi pulchre est, &c. Ego beatus sum, cogitantem. Nec tamē video quomodo videatur iste deus beatus, quum sine vlla intermissione pulsetur agiteturq; Atomorū incursione semp̄terna, quū que ex ipso imagines semper effluant: ita nec beatus est vester deus, nec æternus. At etiam de sanctitate, de pietate aduersus deos libros scripsit Epicurus. At quomodo in his loquitur? Ut Coruncanum aut Scæuolam pontifices maximos te audire dicas, non eum qui susciterit omnem funditus religionem, nec manibus, vt Xerxes, sed rationibus deorum immortalium templa & aras euerterit. Quid est enim cur deos ab hominibus colendos dicas, quum dij; nō modo homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil agant? At est eorum eximia quædam præstantib; natura, vt ea debeat ipsa per se ad se colendā elicere sapientē. An quicq; eximū potest esse in ea natura, quæ sua voluptate lœtans, nihil nec actura sit vñq;

nec agat, nec egreditur? Quæ porro pietas ei debetur, a quo nihil accepitis? Aut quid omnino cuius nullum meritum sit, ei deberi potest? Est enim pietas iustitia aduersum deos: cū quibus quid potest nobis esse iuris, quū homini nulla cum deo sit communitas? Sanctitas autem est scientia colendorum deorum, qui quam ob re colendi sunt, non intelligo, nullo nec accepto ab ijs, nec sperato bono. Quid est autem quād deos veneremur propter admirationē eius naturae, in qua egregium nihil videmus? Nam superstitio, quod gloriari soletis, facile est liberari, quum sustuleris omnem vim deorum. Nisi forte Diagoram aut Thedorum, qui omnino deos esse negabant, censes superstitiones esse potuisse. Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum libuerit, nec esse deos, nec non esse. Horum enim sententiae, omnium non modo superstitionem tollunt, in qua īest timor inanis deorū, sed etiam religionem, quæ deorū cultu pio continetur. Quid si qui dixerunt totam de dijs immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus R. P. causa, vt quos ratio non posset, eos ad officiū religio duceret? nonne omnem religionem funditus susciterūt? Quid Prodicus Chius, qui ea quæ prodidissent hominum vitæ, deorū in numero habita esse dixit? quā tandem religionē reliquit? Quid, qui aut fortis, aut clatos, aut potentes viros tradūt post mortē ad deos perucnisse, eos d. itij

## DE NATVRA DEORVM

que esse ipsos, quos nos colere, precari, veneras-  
tricq; soleamus, nonne expertes sunt religionū  
omnium? Quæ ratio maxime tractata ab Eu-  
hemero est, quem noster & interpretatus, &  
secut⁹ est pr̄ter c̄teros Ennius. Ab Euheme-  
ro autem & mortes, & sepulturæ demonstrā-  
tur deorū. Vtrum igitur hic confirmasse vide-  
tur religionem, an penitus totam sustulisse?  
Omitto Eleusinen sanctam illā & augustam,  
vbi initiantur gentes orarum vltimæ. Pr̄ter-  
eo Samothraciam, eaçq; quæ Lemni nocturno  
aditu occulta coluntur sylvestribus sepibus  
dēsa: quibus explicatis, ad rationemq; reuoca-  
tis, rerū magis natura cognoscitur q̄ deorum.  
Mihi quidem Democritus etiam vir magnus  
in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos  
suos irrigauit, nutare videtur in natura deo-  
rum. Tum enim censet imagines diuinitate  
præditas inesse in vniuersitate rerū, tū princi-  
pia mentesq; quæ sunt in eodē vniuersō, deos  
esse dicit, tum animantes imagines, quæ vel  
prodeſſe nobis solent, vel nocere, tū ingentes  
quaſdam imagines, tantasq; vt vniuersum mū-  
dum complectantur extrinsecus. quæ quidem  
omnia sunt patria Democriti q̄ Democrito  
digniora. Quis enim istas imagines comprehen-  
dere animo potest? quis admirari? quis aut cul-  
tu aut religione dignas iudicare? Epicurus ve-  
ro ex animis hominū extraxit radicibus reli-  
gione, quū dijs immortalibus & opē & gra-

## LIBER I.

29

tiam sustulit. quum enim optimam & p̄festa-  
tissimam naturam dei dicat esse, negat is idem  
esse in deo gratiā: tollit id quod maxime pro-  
priū est optimę p̄fstantissimęq; naturæ. Quid  
enim melius, aut quid p̄fstantius bonitate &  
beneficētia: qua quum carere deum vultis, ne  
minem nec deo deum, nec hominem charum,  
neminem ab eo amari, neminem diligi vultis.  
Ita fit vt nō modo homines a deis, sed ip̄si dei  
inter se ab alijs alij negligantur. Quanto Stoic⁹  
ci melius, qui a vobis reprehenduntur? censem  
autem sapientes sapiētibus etiam ignotis esse  
amicos. Nihil est enim virtute amabilius: quā  
qui adeptus erit, vbi cunq; erit gentiū, a nobis  
diligetur. Vos autem quid mali datis, quū im-  
becillitatem, gratificationē & benevolentiam  
ponitis? Vt enim omittam vim & naturā deo-  
rum, ne homines quidē censem, nisi imbecil-  
li essent, futuros beneficos & benignos fuisse.  
Nulla est igitur charitas naturalis iter bonos?  
Charum ipsum verbū est amoris, ex quo ami-  
citie nomen est ductum: quam si ad fructū no-  
strum referemus, nō ad illius commoda quem  
diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatu-  
ra quædam vtilitatum suarum. Prata & arua  
& pecudum greges diliguntur isto modo, quod  
fructus ex eis capiuntur: hominum charitas  
& amicitia gratuita est. Quanto igitur magis  
deorum, qui nulla re egentes sunt, & inter se  
diligunt, & hominibus cōſulunt? Quod ni ita

DE NATVRA DEORVM

sit, quid veneramur, quid precamur deos? Cur facis p̄tifices, cur auspicijs augures p̄funt? Quid optamus a dijs immortalibus? quid uemus? At etiam liber est Epicuri de sanctitate. Ludimur ab homine non tam faceto, quām ad scribendi licentiam libero. quę enim potest esse sanctitas, si dij humana non curant? Quę autem animas natura nihil curans? Verius est igitur illud nim̄rum, quod familiaris omnium nostrum Posidonius differuit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri: quęq; is de dijs immortalibus dixerit, inuidiae detestandae gratia dixisse. Neque enim tam desipiens fuisse, vt homunculi similem deum fingeret lineamentis dū taxat extremis, non habitu solido, mēbris hominis p̄dictum omnibus, v̄l mēbrorum ne minimo quidem, exilem quandam atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificat̄ omnino, nihil curantem, nihil agentem. Quę natura pri-  
mum nulla esse potest: idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit deos. Deinde si maxime talis est deus, vt nulla gratia, nulla ho-  
minum charitate teneatur, valeat. Quid enim dicam propitius sit? Esse enim propitius potest nemini, quoniam, vt dicitis, omnis in imbecil-  
itate est & gratia & charitas.

30

M. T. C. DE NATVRA  
DEORVM LIBER II.



Vę quum Cotta dixiſ-  
ſet, tū Velleius, nę ego  
inquit incaut⁹, qui cū  
Academico & eodem  
rhetore cogredi cona-  
tus sum. Nā necq; in-  
disertum Academicū  
ptimuissem, nec sine  
ista philosophia rhe-  
torem quavis eloquētem. Necq; enim flumine  
conturbor, inanum verborum, nec subtilitate  
sententiarum, si orationis est siccitas. Tu autē  
Cotta vtraq; re valuisti. corona tibi & iudices  
defuerūt. sed ad ista alias. Nunc Luciliū, si ipſi  
cōmodum est, audiamus. Tum Balbus, Eun-  
dē, inquit, mallem audire Cottam, dū qua elo-  
quentia falsos deos sustulit, eadem veros indu-  
cat. Est enim & philosophi & p̄tificis & Cot-  
ta, de dijs immortalibus habere non erratē  
& vagam, vt Academici, sed vt nostri, stabile  
certamq; sententiam. Nam contra Ep̄icurum  
satis superq; dictū est: sed aeo audire tu ipse  
Cotta quid sentias. An, inquit, oblitus es quod  
initio dixerim, facilius me talibus pr̄sertim  
de rebus quid non sentirem, quām quid senti-  
rem, posse dicere? Quod si haberem aliquid qđ  
liqueret, tamen te viceissim audire vellem quū  
ipse tam multa dixiſsem. Tum Balbus, geram

tibi morem, & agam quambreuissime potero. etenim conuictis Epicuri erroribus, longa de mea disputatione detracta oratio est. Omnino diuidunt nostri totam istam de diis immortilibus questionem in partes quatuor. Primū docent esse deos. Deinde quales sint. Tum mundum ab his administrari. Postremo consulere eos rebus humanis. Nos autem hoc sermone quæ priora duo sunt sumamus: tertium & quartum, quia maiora sunt, puto esse in aliud tempus differenda. Minime vero, inquit Cotta, nam & otiosi sumus, & ijs de rebus agimus quæ sunt etiam negotiis anteponendæ. Tum Lucilius, ne egere quidem videtur, inquit, oratione prima pars. Quid enim potest esse tam apertum tamq; perspicuum, quum cælum suspeximus, cælestiæq; contemplati sumus, quam esse alio quod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius, Aspice hoc sublime eandens, quem inuocant omnes Iouem! Illum vero & Iouem, & dominatorem rerū, & omnia nutu regente, & vt id Ennius, patrem diuīq; hominumq; & præsentem ac præpotentem deū: quod qui dubitet, haud sane intelligo cur non idem, solus sit, an nullus sit, dubitare possit. quid enim est hoc illo euidētius? Quod nisi cognitum cōprehensumq; animo haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cū

seculis æstatibusq; hominū inueterare potuisset. Etenim videmus cæteras opiniones fictas atq; vanas diuturnitate extabuisse. Qui enim Hippocentaurū fuisse, aut Chimera putat: queve anus tam excots inueniri potest, quæ illa quæ quondam credebantur apud Inferos, portenta extimescat? Opinionum enim commissa delet dies, naturæ iudicia cōfirmat. Itaq; & in nostro populo, & in cæteris deorum cultus religionumq; sanctitates existunt in dies maiores atq; meliores: idq; euénit non temere nec casu, sed q; præsentiam sepe diuī sui declarant, vt apud Regillum bello Latinorum, quum A. Posthumius dictator cū Octavio Manlio Tusculano prælio dimicaret, in nostra acie Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt: & recentiore memoria idem Tyndarida Petsem viatum nunciauerūt. P. enim Vatienus avus huius adolescentis, quum e præfectura Reatina Romā venienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixissent regem Perleū illo die captum, senatui nūciauit. Et primo quasi temere de repub. locitus in carcerem coniectus est, post a Paulo literis allatis, quū idem dies cōstitisset, & agro a senatu & vacatione donatus est. Atque etiā quum ad fluuiū Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio decuicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiq; mortis proditū est. Sæpe Faunoru voces exauditæ, sepe visa & formæ deorū queuis aut non

hebetem aut impiū dcos prēsentēs esse cōfite-  
ri coegerūt. Prēdictiones vero & prēfensiones  
rerum futurāt, quid aliud declarāt, nīl homi-  
nibus ea quē sint ostendit, monstrari, pretendit,  
prādici, ex quo illa ostēta, monstra, portenta,  
prodigia dicūtur? Quōd si ea ficta credimus li-  
centia fabularū, Mopsum, Tiresiam, Amphia-  
raum, Calchancem, Helenum, quos tamē au-  
gures ne ipse quidem fabulæ ascivissent si res  
omnino repudiarent, ne domesticis quidē ex-  
emplis docti numen deorum cōprobabimus?  
Nihil nos P. Claudij bello Punico primo teme-  
ritas mouebit? qui etiam per focum deos irri-  
dcns, quū cauca liberati pulli nō pascerentur,  
mergi eos in aquā iussit vt biberent, quoniam  
esse nollent; qui risus classe deuicta multas ipsi  
lachrymas, magna Reip. cladem attulit. Quid  
collega eius Iunius codē bello, nonne tēpeſta-  
te classē amisiit, quū auspicijs non paruisset?  
Itaq; P. Claudius a populo condemnatus est,  
Iunius necem sibi ipse cōscivit. C. Flaminium  
Celius religione neglecta cecidiſſe apud Thra-  
simenum scribit cum magno R. P. vulnere.  
Quorum exitio intelligi potest, eorum impe-  
rijs rempu. amplificatam, qui religionibus pa-  
ruissent. Et si conferre volumus nostra cū ex-  
ternis, cāteris rebus aut pares, aut etiam infe-  
riores reperiemur: religione, id est cultu deo-  
rum, multo superiores. An Accij Nauij lituus  
ille quo ad inuestigandum suem regiones vi-

neq; terminauit, contemnendus est! Crederem,  
nisi eius augurio rex Hostilius maxima bella  
gessisset. Sed negligentia nobilitatis augurij di-  
sciplina omissa, veritas auspiciorū spreta est,  
species tantum retenta. Itaque maximē Reip.  
partes in ijs bellis quibus Reipu. salus conti-  
netur, nullis auspicijs administrātur, nulla per-  
ennia seruantur, nulla ex acuminibus, nulli via-  
ri vocantur, ex quo in procinētu testamenta  
perierūt. Tum enim bella gerere nostri duces  
incipiunt, quām auspicia posuerunt. At vero  
apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quis-  
dam imperatores etiam se ipsoſ dijs immorta-  
libus capite velato verbis certis pro Repu. de-  
uouerent. Multa ex Sibyllinis vaticinationi-  
bus, multa ex Aruspicum responsis cōmemo-  
rare possum, quibus ea confirmantur, quāz du-  
bia nemini debent esse. Atqui & nostrorū Au-  
gurum, & Hetruscorū, & Aruspicum disci-  
plinam P. Scipione, C. Figulo cōs. res ipsa  
probauit, quos quum T. Gracchus cōs. iterū  
recreatet, primus rogatorū vt eos retulit, ibi-  
dem est repente mortuus. Gracchus quum co-  
mitia nihilominus peregisset, remq; illam in  
religionem populo venisse sentiret, ad sena-  
tum retulit: senatus quos ad soleret referen-  
dum censuit. Aruspices introducti responde-  
runt, non fuisse iustum comitiorum rogato-  
rem. Tum Gracchus, vt e patre audiebam, in-  
census ita, Ita ne vero ego nō iustus, qui & cō-

ful rogaui,& Augur,& auspicato! An vos Tu-  
sci ac barbari,auspiciorum P.R.ius tenetis,&  
interpretes esse comitiorum potestis? Itaq; tu  
illos exire iussit, post autē e prouincia literas  
ad collegium misit, se cum legeret libros, re-  
cordatum esse vitio sibi tabernaculū captum  
fuisse ad hortos Scipionis, q; cum pomocerium  
postea intrasset habendi senatus causa, in re-  
deundo,quum idem pomocerū transiret,auspi-  
cari esset oblitus. Itaq; vitio creatos cos. esse.  
Augures rem ad senatum, senatus vt abdica-  
rent consules,abdicaueruntq;. Querimus ex ea  
pla maiora? Vir sapientissimus,atq; haud scio  
an omnium præstantissimus, peccatum suum  
quod celari posset,confiteri maluit, quām hæ-  
rere in Rep. religionem. Consules summū im-  
perium statim deponere,quām id tenere pun-  
ctum temporis cōtra religionem. Magna Au-  
gurum auctoritas:quid Aruspicum ars: nonne  
diuina? Hæc innumerabilia ex eodem genere  
qui videat,nonne cogatur confiteri deos esse?  
Quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse  
certe necesse est:deorum autē interpretes sunt:  
deos igitur esse fateamur. At fortasse non o-  
mnia eueniūt quæ prædicta sunt: ne egri quis  
dē quia nō omnes conualescut, idcirco ars nul-  
la medicina est. Signa ostenduntur a dijs rerū  
futurarum,in his si qui errauerunt,nō deorum  
natura,sed hominū conjectura peccauit. Itaq;  
inter omnes omniū gentium summa constat.

Omnibus enim innatum est, & in animo quasi  
insculptū, esse deos. Quales sint, varium est, es-  
se nemo negat. Cleanthes quidem noster qua-  
tuor de caulis dixit in animis hominum infor-  
matas deorū esse notiones. Prima posuit ea de  
qua modo dixi, quæ orta esset ex p̄sensione  
rerum futuraru. Alteram, quam ceperimus ex  
magnitudine comodorum quæ percipiuntur  
cæli temperatione, fecunditate terrarum, alia-  
rumq; comoditatum complurium copia. Ter-  
tiam, quæ terroreret animos fulminibus, tempesta-  
tibus, nimbis, niuibus, grandinibus, vastitate,  
pestilētia, terremotibus, & s̄pē fremitibus, la-  
pideisq; imbribus, & guttis imbrū quasi crue-  
tis, tum lapidibus, aut repētinis terrarū hiati-  
bus, tum pr̄ter naturam hominū pecudumq;  
portentis, tum facibus visis cælestibus, tū stel-  
lis ijs quas Græci Cometas, nostri crinitas vo-  
cant, quæ nuper bello Octauiano magnatū fue-  
runt calamitatū p̄nuncię: tum sole gemina-  
to, quod, vt e patre audīui, Tuditano & Aqui-  
lio Consulibus euenerat: quo quidem anno P.  
Aphricanus sol alter extinctus est: quibus ex-  
territi homines vim quādam esse cælestem &  
diuinam suspicati sunt. Quartam causam es-  
se, eamq; vel maxima, equabilitatē motus, cō-  
versationem cæli, solis, lune, siderumq; omnium  
distinctionem, utilitatem, pulchritudinem, or-  
dinem: quarum rerum aspectus ipse satis indi-  
cet non esse fortuita: Vt si quis in domum

## DE NATVRA DEORVM

aliquam, aut in gymnasium, aut in forum ve-  
nerit, quum videat omnium rerum rationem,  
modum, disciplinam, non possit ea sine causa  
fieri iudicare, sed esse aliquā intelligat, qui pre-  
sist, & cui pareatur: multo magis in tantis mo-  
stibus, tantisq; vicissitudinibus, tam multarum  
rerum atq; tatarum ordinibus, in quibus nihil  
vnquam immēsa & infinita vetustas mentita  
sit, statuat necesse est ab aliqua mente tantos  
natura: motus gubernari. Chryippus quidem  
quāquam acerrimo ingenio, tamen ea dicit, vt  
ab ipsa natura didicisse, non vt ipse reperisse  
videatur. Si enim, inquit, est aliquid in rerum  
natura, quod hominis mens, quod ratio, quod  
ius, quod potestas humana efficere non possit,  
est certe id quod illud efficit, homine melius.  
Atqui res cælestes, omnesq; hæ quarum est or-  
do sempiternus, ab homine cōfici nō possunt.  
Est igitur a quo illa cōficiūtur, homine melius:  
id autem quid potius dixeris quam deum? Et  
enim si dij non sunt, quid esse potest in rerum  
natura homine melius? In eo enim solo ratio  
est, qua nihil potest esse præstantius. Esse au-  
tem hominem, qui nihil in omni mundo melius  
esse quam se putet, despiciens arrogantiæ est.  
Ergo est aliquid melius. Est igitur profecto  
deus. An vero si dormum magnam pulchramq;  
videris, non possis adduci, vt etiam si dominū  
nō videoas, muribus illam & mustelis ædificatā  
putes? Tantum vero ornatum mundi, tantam

## LIB. II.

34

varietatem pulchritudinemq; rerum cælestiū,  
tantam vim & magnitudinem maris atq; ter-  
ratum, si tuum ac non deorum immortalium  
domicilium putes, nōne plane despere videoa-  
re? An ne hoc quidem intelligimus, omnia su-  
pera esse meliora? terram autem esse infimam,  
quam crassissimus circūfundat aer, vt ob eam  
ipsam causam, quod etiam quibusdā regionis  
bus atq; vrbibus cōtingere videmus, hebetio-  
ra vt sint hominum ingenia propter cæli ple-  
niorem naturā, hoc idem generi humano cue-  
nerit, quod in terra, hoc est in crassissima re-  
gione mundi collocati sint: & tame ex ipsa ho-  
minū solertia esse aliquā mentē, & eam quidē  
actiorem & diuinā existimare debemus. Vn-  
de enim hāc homo arripuit? vt ait apud Xeno-  
phantē Socrates. Quin & humore & calorem  
qui est fusus in corpore, & terrena ipsam visce-  
rum soliditatē, animū deniq; illum spirabile,  
si quis querat vnde habemus, apparet q; aliud  
a terra sumpsimus, aliud ab humore, aliud ab  
igne, aliud ab aere eo quē spiritū dicimus. Il-  
lud autē qd vincit hēc omnia, rationē dico, &  
si placet pluribus verbis, metem, consiliū, cogi-  
tationē, prouidētiā, ybi inuenimus? vnde su-  
stulimus? An cætera mundus habebit omnia,  
hoc vñ qd plurimū est nō habebit? Atqui cer-  
te nihil omnīū rerū melius est mūdo, nihil p̄r-  
stabilius, nihil pulchrius: nec solū nihil est, sed  
ne cogitari quidē quicq; melius potest. Et si ra-

e ij

## DE NATVRA DEORVM

tione & sapientia nihil est melius , necesse est igitur hoc inesse in eo quod optimū esse concedimus. Quid vero tanta rerum consentiens, conspirans, cōtinuata cognatio, quem non coget ea quę dicuntur a me, cōprobare? Posset ne vno tempore florere , deinde vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutātibus, solis accessus discessusq; solsticijs brumisq; cognoscit, aut estus maritimī, fretorūq; angustiē ortu aut obitu lunę commoueri, aut vna totius celi conuersione cursus astrorum dispares conservari? Hæc ita fieri omnibus inter se cōsentientibus mūdi partibus profecto nō possent, nisi ea vno diuino & continuato spiritu cōtinerentur. Atq; hęc quum vberius disputantur & fissus, vt mihi est in animo facere , facilius effugiant Academicorum calumniam. Quum autem, vt Zeno solebat, breuius angustiisq; concluduntur, tum apertiora sunt ad reprehendendū. Nam vt profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur, sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. Angustia autem conclusę orationis non facile se ipsa tutatur. Hæc enim quę dilatantur à nobis, Zeno sic premebat: Q uod ratione vtitur, id melius est quam id quod ratione non vtitur. nihil autē mundo melius, ratione igitur mundus vtitur. Similiter effici potest sapientem esse mūdum, similiter beatū, simili- ter æternū. Omnia enim hæc meliora sunt,

quam ea quę sunt his carētia: nec mūdo quicq; melius: ex quo efficitur esse mundum deum. Idemq; hoc modo: nullius sensu parentis pars aliqua potest esse sentiens, mundi autē partes sentientes sunt, nō igitur caret sensu mundus. Pergit idem & vrget angustius. Nihil, inquit, quod animi, quodq; ratiōis est expers, id generare ex se potest animātem cōpotemq; ratio- nis: mundus autem generat animātes compo- tesq; rationis: animātes est igitur mundus, compo- tesq; rationis. Idemq; similitudine, vt sepe solet, rationē cōclusit hoc modo. Si ex oliua mo- dulate canētes tibiæ nascerētur, num dubita- res quin inesset in oliua tibicinis quedā sciētia? Quid si Platanī fidiculas ferrent numerose sonates: idem scilicet censeret, in Platanis inesse musicam . Cur igitur mundus non animātes sa- piensq; iudicetur, quū ex se procreet animātes atq; sapientes? Sed quoniā cōipi secus age- re, atq; initio dixeram: negaram enim hāc pri- mā partem ege te oratione, q; esset omnibus perspicū deos esse: tamē id ipsum rationibus physicis, id est naturalibus cōfirmari volo. Sic enim res se habet, vt omnia quę alātūr, & que crescent, contineant in se vim caloris, sine qua necq; ali possent, necq; crescere. Nā omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo: quod autē alitur & crescit, motu quodam vtitur certo & equabili, qui quādiu remanet in nobis, tam diu sensus & vita remanet: refriger-

rato autem & extincto calore occidimus ipsi & extinguiamur. Quod quidem Cleanthes his ctiā argumentis docet, quanta vis insit caloris in omni corpore. Negat enim vllū esse cibum tam grauem, quin is die & nocte coquatur, eu ius etiā in reliquis inest calor, his quas natura respuerit. Iam vero venę & arterię micare non defimunt quasi quodā igneo motu: animaduer sumque s̄aepē est, quum cor animantis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imita retur igneā celeritatem. Omne igitur quod viuit, siue animal, siue terra editū, id viuit propter inclusum in eo calorem: ex quo intelligi debet eam caloris naturā vim habere in se vi talem per omnem mundum pertinētem. At q̄ id facilius cernemus toto genere hoc igneo, qđ omnia tranat, subtilius explicato. Omnes igitur partes mundi tangam, quę maximo calore fultę sustinētur: quod primum in terrena natura perspici potest. Nam & lapidum cōfisi. Etū atq̄ iēci elici ignem videmus, & recentil fissionē terram fumare calentem, atq̄ etiā ex puteis iugibus aquā calidam trahi, & id maxime fieri tēporibus hybernīs, quđ magna vis terre cauernis contineatur calor, eaq̄ hyeme sit densior, ob eamq̄ causam calorem insitum in terris contineat arctius. Longa est oratio, multæq; rationes, quibus doceri possit omnia quę terra concipiāt semina, quęq; ipsa ex se generata, stirpibus infixa contineat, ea tempe

ratione caloris & oriri & augescere. Atq̄ aquę etiam admixtum esse calorem, prīmū ipse li quor, tum aquę declarat effusio, quę neq; con glaciaret frigoribus, necq; niue pruīnaq; cōcre sceret, nisi eadem se admixto calore liquefa sta & dilapsa diffunderet. Itaq; & aquilonibus reliquisq; frigoribus adiectis durescit humor, & idē vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. Atque etiam maria agitata vētis ita te pescunt, vt intelligi facile possit in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. Nec cnim ille externus & adūtius habēdus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. quod nostris quoque corporibus contin git, cum motu atque exercitatione recalescat. Ipse vero aer qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris. Ille vero & multo quidem calore admixtus est. Ipse cnim oritur ex respiratione aquarum. Earum cnim quasi vapor quidam aer habendus est. Is autem existit motu eius caloris qui aquis continetur. quam similitudinem cernere possumus in his aquis quę effervescent subditis ignibus. Iam vero reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa terra natura feruida est, & cæteris naturis omnibus salutarem impertit & vitalem calorem. Ex quo concluditur, quū omnes mundi partes suffineantur calore, mundum etiam ipsum simili pariq; natura in tanta diuturnitate serua ri: eoq; magis, quđ intelligi debet calidū illud e iiiij

atq; igneum ita in omni fusum esse natura, vt  
in eo insit procreandi vis, & causa gignendi, a  
quo animatio omnia, & ea quorū stirpes terra  
continentur, & nasci sit necesse, & augescere.  
Natura est igitur quæ cōtineat mundū omne,  
eumq; tueatur, & ea quidem nō sine sensu atq;  
ratione. Omnem enim naturā necesse est, quæ  
nō solitaria sit neq; simplex, sed cum alio iun-  
cta atq; connexa, habere aliquem in se princí-  
patum, vt in homine mētem, in bellua quiddā  
simile mentis, vnde oriuntur rerum appetitus.  
In arborū autem, & earum rerum quæ gignū-  
tur ē terra, radicibus inesse principatus puta-  
tur. Principatum autem id dico, quod Græci  
Ἄγεμονιόν vocant, quo nihil in quoq; genere  
nec potest nec debet esse præstantius. Itaque  
necessè est illud etiam in quo sit totius nature  
principatus, esse omnium optimum, omniūq;  
rerum potestate dominatuq; dignissimum. Vi-  
demus autē in partibus mundi (nihil est enim  
in omni mundo, quod non pars vniuersi sit)  
inessere sensum atque rationem. In ea parte igi-  
tur, in qua mundi est principatus, hæc inesse  
necessè est, & acriora quidem atque maiora.  
quocirca sapientem esse mundum necesse est,  
naturali eam quæ res omnes cōplexa teneat,  
perfectione rationis excellere, eoque deum es-  
se mundum, omnemq; vim mundi diuina na-  
tura contineri. Atq; etiam mundi ille feruor,  
purius, perlucidior, mobiliorq; multo, ob easq;

causas aptior ad sensus commouendos, quam  
hic noster calor, quo hæc quæ nota nobis sunt,  
retinentur & vigent. Absurdum igitur est di-  
cere, quum homines bestiæq; hoc calore tenes-  
antur, & propterea moueatur & sentiant, mū-  
dum esse sine sensu, qui integro & libero & pu-  
ro eodemq; acerrimo & mobilissimo ardore  
teneatur: præsertim quæ is ardor qui est mun-  
di, nō agitatus ab alio, neq; exerno pulsu, sed  
per se ipse ac sua sponte moueatur. Nam quid  
potest esse mundo valentius, quod pellat atq;  
moueat calorē eum quo ille teneatur? Audia-  
mus enim Platonem quasi quandam deum  
philosophorum, cui duos placet esse motus,  
vnum suum, alterum externum: esse autem di-  
uinus quod ipsum ex se sua sponte moueatur,  
quæm quod pulsu agitetur alieno. Hunc autē  
motu in solis animis esse ponit, ab hisq; prin-  
cipium motus esse ductū putat. Quapropter  
quoniam ex mundi ardore motus omnis ori-  
tur, is autem ardor nō alieno impulsu, sed sua  
sponte mouetur, animus sit necesse est: ex quo  
efficitur animantem esse mundū. Atq; ex hoc  
quocq; intelligi poterit in eo inesse intelligentiam,  
quod est mundus certe melior q; vlla na-  
tura. Ut enim nulla pars est corporis nostri,  
quæ non minor sit, quam nosmetipſi sumus:  
sic mundum vniuersum pluris esse necesse est,  
quam partem aliquā vniuersi. Quod si ita est,  
sapiens sit mundus necesse est. nā ni ita esset,

hominem qui est mundi pars, quoniam rationis est particeps, pluris esse quam mundum omnem oporteret. Atque etiam si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere, ad deorum naturam perueniamus necesse est. Primo enim animaduertimus a natura sustineri ea quae significantur in terra, quibus natura nihil tribuit amplius, quod ut ea alendo atque augendo tueretur. Bestiis autem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, a pestiferis recessum: hoc homini amplius, quod addidit rationem, qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur. Quartus autem gradus & altissimus, eorum qui natura boni sapientiae & altissimum, quibus a principio innaturatio recta constans, quae supra hominem putada est, deoque tribuenda, id est mundum, in quo necesse est perfectam illam atque absolutam inesse rationem. Nec enim dici potest in villa rerum institutione non esse aliquid extremum atque perfectum. Ut enim in vita, ut in pecude (nisi quae vis obstat) videmus naturam suo quodam itinere ad ultimum peruenire, atque ut pictura & fabrica ceteraque artes habent quedam absoluti operis effectum, sic in omni natura ac multo etiam magis necesse est absoluui aliquid ac perfici. Etenim ceteris naturis multa externa quo minus perficiatur, possunt obsistere: vniuersam autem naturam nulla res

Potest impediare, propterea quod omnes naturas ipsa cohibet & continet. Quocirca necesse est esse quartum illum & altissimum gradum, quo nulla vis possit accedere. Is autem est gradus, in quo reium omnium natura ponitur. Quae quoniam talis est, ut & praesit omnibus, & eam nulla res possit impediare, necesse est intelligentem esse mundum, & quidem etiam sapientem. Quid autem est inscitius, quam eam naturam quae omnes res sit complexa, non optimam dici: aut quum sit optima, non primam animalia esse, deinde rationis & consilij copiam, postremo sapientem? Qui enim potest aliter esse optima? Nec enim si stirpium similes sit, aut etiam bestiarum, optima putanda sit potius quam deterrima. Nec vero si rationis particeps, nec sit tamen a principio sapiens, non sit deterior mundi potius quam humana conditio. Homo enim sapiens fieri potest, mundus autem si in aeterno praeteriti temporis spatio fuit insapiens, nunquam profecto sapientia consequetur: ita erit homine deterior. Quod quoniam absurdum est, & sapiens a principio mundus, & deus habendus est. Nec enim est quicquam aliud praeter mundum, quo nihil absit, quodque vndeque aptum atque perfectum expletum sit omnibus suis numeris & partibus. Scite enim Chrysippus, ut clypei causa involucrum, vaginam autem gladii, sic praeter mundum cetera omnia aliorum causae generata, ut eas fruges atque fructus quos

terra gignit animantium causa, animantes autem hominum, ut equum vehendi causa, arati bouem, venandi & custodiendi canem. Ipse autem homo ortus est ad mundū cōtemplandum & imitandum, in nullo perfectus: sed est quādam particula perfecti. Sic mundus quoniam omnia complexus est, nec est quicquam quod nō insit in eo, perfectus vndiq̄ est. Quid igitur potest ei deesse quod est optimum? Ni hil autē est mente & ratione melius. ergo hēc mundo deesse non possunt. Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo quām in equulo, in cane q̄ in castulo, in vīto quām in puerō. Item quod in omnī mūdo optimum sit, id in perfecto aliquo atque absoluto esse debere. Est autem mundo nihil perfectius, nihil virtute melius: igitur mūdi est propria virtus. Nec vero natura hominis perfecta est, & efficitur tamen in homine virtus. Quanto igitur in mundo facilius est ergo in eo virtus: sapiens igitur est, & propterea deus. Atq; hac mundi diuinitate perspecta, tribuenda est sideribus eadem diuinitas, quæ ex mobilissima purissimam ætheris parte gignitur. Necq; vlla præterea sunt admixta natura, totaq; sunt calida atq; perlucida, vt ea quoque rectissime & animantia esse, & sentire atque intelligere dicantur. Atq; ea quidem tota esse ignea, duorum sensuum testimonio confirmata.

ri Cleanthes putat, tactus, & oculorum. Nam Solis candor illustrior est quām vllus ignis, quippe qui immenso mundo tam longe lateq; colluceat: & is eius tactus est, non vt tepefact solum, sed etiam sāpe comburat: quorum neutrum faceret nisi esset igneus. Ergo, inquit, quum Sol igneus sit, Oceaniq; alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere, necesse est aut ei similis sit igni quem adhibemus ad vsum atq; ad viētum, aut ei qui corporibus animantium continetur. Atque hic noster ignis quem vsum vitæ requirit, confeitor est & consumptor omnium: idemq; quocunq; inuasit, cuncta disturbat ac dissipat. Contrā ille corporeus vitalis & salutaris omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. Negat ergo esse dubium, horum igniū sol vtri similis sit, quum is quoq; efficiat vt omnia florant, & in suo quæq; genere pubescant. Quare quum Solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantiū, solem quoque animantem esse oportet, & quidem relata astra, quæ oriantur in ardore cælesti, qui æther vel cælū nominatur. Quum igitur aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aere aliorum, absurdum esse Aristotelem videtur, in ea parte quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sidera autem æthereum locum obtinent, qui quoniā tenuissimus sit, & semper agita-

tur & viget, necesse est quod animal in eo gignatur, idem sensu acerrimo & mobilitate celerima esse. Quare cum in æthere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam: ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducenda. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aëris sit purus ac tenuis, q̄ illorum qui vtantur crassis cælo atq̄ cōcreto. Quinetiam cibo quo vtare, interesse aliquid ad mētis aciem putat. Probabile est igitur præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ & ætheream partem mundi incolant, & marinis terrenisq; humoribus longo interuallo extenuatis alantur. Sensem autem astrorum atq; intelligentiam maxime declarat ordo eorum atq; constantia. Nihil est enim quod ratione & numero moveri possit sine consilio, in quo nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum. Ordo autem siderum, & in omni æternitate constantia, neq; naturam significat, est enim plena rationis, neq; fortunam, quæ amica varietati, constantiā respuit. Sequitur ergo ut ipsa sua sponte suo sensu ac diuinitate moueantur. Nec vero Aristoteles non laudandus in eo, quod omnia quæ mouentur, aut natura moueri censuit, aut vi, aut voluntate. Moueri autem Sol, & Lunam, & sidera omnia. Quæ autem natura mouerentur, hæc aut pōdere deorsum,

aut levitate in sublime ferri: quorum neutrum astris contingeret, propterea q̄ eorum motus in orbem circumq; ferretur. Nec vero dici potest vi quadam maiore fieri ut contra naturā astra moueantur. Quæ enim potest maior esse? Restat igitur ut motus astrorum sit voluntarius. Quæ qui videat, nō indocte solum, verum etiam īm̄p̄ie faciat, si deos esse neget. Nec sane multum interest, vtrum id neget, an eos omni procuratione atque actione priuet. Mihil enim qui nihil agit, esse omnino non videtur. Este igitur deos ita perspicuum est, ut id qui neget, vix eum sanæ mentis existimem. SANE restat, ut qualis eorum natura sit, consideremus: in quo nihil est difficilius, q̄ja consuetudine oculorum aciem mentis abducere. Ea difficultas induxit & vulgo imperitos, & similes philosophos imperitorum, ut nisi figuris hominum constitutis nihil possent de diis immortalibus cogitare. Cuius opinionis leuitas confutata a Cotta, non desiderat orationem meam. Sed quum talem esse deum certa notione animi præsentamus, primum ut sit animans deinde, ut in omni natura nihil eo sit præstantius: ad hanc præsensionem notionēq; nostrā nihil video quod potius accommodem, q̄ ut primum hunc ipsum mundum, quo nihil excellentius fieri potest, animatē esse & deū iudicem. Hic quam volet Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocadū, minimeq; te-

spiciens patriam, & dicat se non posse intelligere qualis sit volubilis & rotundus deus, tamen ex hoc quod etiam ipse probat, nūquam me mouebit. Placet enim illi esse deos, quia ne cesset sit præstantem esse aliquam naturā, quā nihil sit melius: mundo autem certe nihil est melius. Nec dubium quin quod animas sit, habeatq; sensum, rationem, & mentē, id sit melius, quād id quod his careat. Ita efficitur animalē, sensus, mentis, rationis mundum esse compotem: qua ratione deum esse mundum concluditur. Sed hæc paulopost facilius cognoscuntur ex his rebus ipsis, quas mundus efficit. Inter ea Vellei noli quæsto p̄r te ferre, vos plane expertes esse doctrinæ. Conum tibi aīs & Cylindrum & Pyramidem pulchriorem q̄ sphæram videri. nouum etiam oculorum iudicium habetis. Sed sint ista pulchriora dūntaxat aspectu, quod mīhi tamen ipsum nō videtur. Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuræ cōplexa cōtinet? quæq; nihil asperitatis habere, nihil offendis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum! Quūq; duæ formæ præstātes sint, ex solidis globus (sic enim sphæra interpretari placet) ex planis autē circulus aut orbis, qui κύκλος grāce dicitur, his duæ busformis cōtingit solis, vt omnes earū partes sint inter se simillimæ, a medioq; tantum absit extreūm, quantum idem a summo; quo nihil

fieri potest aptius. Sed si hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum puluerem attingistis, ne hoc Physici quidem intelligere potuistis, hanc æqualitatem motus, constanteriamq; ordinū in alia figura non potuisse servari. Itaq; nihil potest esse indoctius, q̄ quod a vobis affirmari solet. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis, nā posse fieri vt sit alia figura: innumerabilesque mundos, alios aliarum esse formarum. quæ, si bis bina quid essent, didicisset Epicurus, certe non diceret. Sed dum palato quid sit optimū iudicat, cæli palatum (vt ait Ennius) non sūspexit. Nam quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatijs immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum vñquam cursus sui vestigium inflectat: alterum autem continua conuersione sui, iisdem spatijs cursibusq; conficiat: ex vtræq; re & mundi volūditat, quæ nisi in globosa forma esse non possit, & stellarum rotundi ambitus cognoscuntur: primusque Sol, qui astrorum obtinet principatum, ita mouetur, vt quum terras larga luce compleuerit, eisdem modo his, modo ilis partibus opacet. Ipsa enim vmbra terræ Soli officiēs, noctem efficit. Nocturnorum autem spatiiorum eadem est æquabilitas quæ diurnorum. Eiusdemque solis tum accessus modū dici, tum recessus, & frigoris & caloris modū temperat. Circuitus enim solis orbium v die,

bus L X & CCC, quarta fere diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam. Inflectens autem sol cursum tum ad septentriones, tū ad meridiem, æstates & hyemes efficit, & ea duo tempora, quorum alterū hyemi senescenti adiunctum est, alterū æstati. Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium quæ terra maricæ gignuntur, initia causæq; ducuntur. Iam Solis annuos cursus spatijs mensuris luna cosequitur; cuius tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem longissimus quisq; plenissimum. Necq; solum eius species ac forma mutatur, tū crescendo, tū defictibus in initia recurrendo, sed etiam regio, quæ tum est aquilonaris, tum australis. In lunæ quoq; cursu est & brumæ quæda & solstitij similitudo, multaq; ab ea manat & fluunt, quibus & animates alantur, augescatq; & pudent, maturitateq; assequantur quæ oriuntur è terra. Maxime vero admirabiles sunt motus earum quinq; stellarum, quæ falso vocantur errantes. Nihil enim errat, quod in omni æternitate coseruat progressus & regressus, reliquosq; motus costates & ratos. Quod eo est admirabilius in his stellis quas dicimus, quia tum occultatur, tum rursus aperiuntur, tū absunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius, tum omnino ne mouentur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt: quæ-

rum ex disparibus motionibus magnum annum Mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, quum solis & lunæ, & quinq; errantiū ad eandem inter se comparationem confessis omnī spatijs est facta conuersio. Quæ quam longa sit, magna quæstio est: esse vero certa & definitam necesse est. Nā ea quæ Saturni stella dicitur, φαίνωνq; a Græcis nominatur, quæ à terra abest plurimū, xxx fere annis cursum suum conficit. In quo cursu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum vespertinis temporibus delitescēdo, tum matutinis rursus sē aperiendo, nihil immutat semipternis seculorum ætatibus, quin eadem ijsdem temporibus efficiat. Infra autem hanc propius à terra Iouis stella fertur, quæ φαίσων dicitur, eaq; eundem xii signorum orbem annis xii conficit, easdeq; quas Saturni stella efficit in cursu varietates. Huic autem proximum inferiorem orbem tenet πυρός, quæ stella Martis appellatur, eaq; quatuor & xx mensibus, vī ut opinor diebus minus, eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. Infra autem hanc stella Mercurij est, ea σιλβων appellatur a græcis, quæ anno fere vertente signiferum lustrat orbem, necq; a sole logius unquam vnius signi interhallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Infima est quinq; errantiū, terræq; proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος græce, lucifer latine dicitur, quum

antegreditur solem: quum subsequitur autē,  
*tātēpō*. Ea anno cursum conficit, & latitu-  
dine lustrans signiferi orbis, & longitudinem,  
quod idem faciunt stellæ superiores: nec vñq  
a sole duorum signorū interuallo longius dis-  
cedit, tum antecedens, tum subsequens. Hanc  
igitur in stellis constantiam, hāc tantam, tam  
varijs cursibus in omni æternitate conuenien-  
tiā temporum non possum intelligere sine  
mente, ratione, consilio. Quę quū sideribus in-  
esse videamus, nō possumus ea ipsa nō in deo-  
rū numero reponere. Nec vero ex stellæ quę  
inerrantes vocātur, nō significant eandē men-  
tem atq; prudentiam, quarum est quotidiana  
conueniens constansq; conuersio. Nec habent  
æthereos cursus, nec cælo inhärentes, vt pleriq  
dicunt physicæ rationis ignari. Nō est enim  
ætheris ea natura, vt vī sua stellas complexa  
contorqueat. Nā tenuis ac pellucens, & aqua-  
bili calore suffusus æther non satis aptus ad  
stellas continendas videtur. Habent igitur suā  
sphærām stelle inerrantes ab ætherea coniun-  
ctione secretam & liberā. Earum autem per-  
ennes cursus atq; perpetui cum admirabili in-  
credibiliq; constantia, declarant in his vim &  
mentem esse diuinā, vt hāc ipsa qui non sen-  
tit deorū vim habere, is nihil omnino sensu-  
rus esse videatur. Nulla igitur in cælo nec for-  
tuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas in-  
est: contraq; omnis ordo, veritas, ratio, cōstan-

tia. Quæq; his vacant, ea mentita, & falsa, ple-  
naq; erroris, eunt circum terras infra lunam,  
quæ omnium vltima est, in terrisq; versantur.  
Cælestem ergo admirabilem ordinem, incre-  
dibilemq; constantiam, ex qua conseruatio &  
salus omnium omnis oritur, qui vacare mente  
putat, is ipse mētis expers habēdus est. Haud  
ergo (vt opinor) errauero, si a principe inuesti-  
gandæ veritatis huius disputationis principiū  
duxero. Zeno igitur naturā sic definit, vt eam  
dicat esse ignē artificiosum ad gignendū pro-  
gredientē via. Censem enim artis maxime pro-  
prium esse creare & gignere: quodq; in operi-  
bus artium nostratum manus efficiat, id mul-  
to artificiosius naturam efficereid est, vt dixi,  
ignem artificiosum magistrū artium reliqua-  
rum. Atque hac quidem ratione omnis natura  
artificiosa est, quod habet quasi viam quādam  
& sectam quam sequatur. Ipsius vero mundi  
qui omnia complexu suo coēret & continet,  
natura non artificiosa solum, sed plane artifex  
ab eodem Zenone dicitur, consultrix & pro-  
uida vtilitatum opportunitatumq; omnium.  
Atq; vt cæteræ naturæ suis seminibus quæq;  
gignuntur, augescunt, continent, sic natura  
mundi omnes motus habet voluntarios: co-  
natusque & appertitiones, quas ὅμηρος Græci  
vocant, & his consentaneas actiones sic adhi-  
bet, vt nosmetipſi, qui animis mouemur &  
sensibus. Talis igitur mens mundi quum sit, ob

eamq; causam Prouidetia appellari recte pos-  
sit, Græce enim προφορα dicitur, hæc potissi-  
mum prouidet, & in his maxime est occupa-  
ta: Primum, vt mundus q; aptissimus sit ad per-  
manendum. Deinde, vt nulla re egeat. Maxi-  
me autem, vt in eo eximia pulchritudo sit, atq;  
omnis ornatus. Dictum est de vniuerso mun-  
do, dictum etiam est de sideribus, vt iam pro-  
pemodum appareat multitudo nec cessantia  
deorum, nec ea quæ agant molientiū cum labo-  
re operoso ac molesto. Non enim venis, & ner-  
vis, & ossibus cōtinetur: nec ijs escis, aut potio-  
nibus vescuntur, vt aut nimis acres, aut nimis  
cōcretos humores colligat: nec his corporibus  
sunt, vt aut casus aut ictus extimescant, aut  
morbos metuat ex defatigatione membroru.  
Quæ verens Epicurus, monogrammos deos, &  
nihil agētes clementus est. Illi autem pulcher,  
rima forma p̄dicti, purissimæq; in regione celi  
collocati, ita feruntur, moderanturq; cursus, vt  
ad omnia conseruanda & tuenda cōsensisse vi-  
deatur. Multæ autem aliae naturæ deorū ex ma-  
gnis beneficijs eorum nō sine causa & à Græ-  
ciæ sapientissimis, & majoribus nostris cōstitu-  
tæ nominataq; sunt. Quicquid enim magnam  
utilitatem generi afferret humano, id non sine  
diuina bonitate erga homines fieri arbitraba-  
tur. Itaq; tum illud quod erat à deo natū, no-  
mine ipsius dei nuncupabant: vt quum fruges  
Cererem appellamus, vinū autem Liberū.

quo illud Terentij, Sine Cerere & Libero fri-  
get Venus. Tū autem res ipsa in qua vis inest  
maior aliqua, sic appellat, vt ea ipsa vis nomi-  
netur deus, vt fides, vt mēs, quas in capitolio  
dedicatas videm⁹ proxime à M. Aemilio Scau-  
ro, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides  
consecrata. Vides Virtutis templū, vides Ho-  
noris à M. Marcello renouatum, quod multis  
antè annis erat bello Ligustico à Quinto Ma-  
ximo dedicatum. Quid Opis! Quid Salutis?  
Quid Concordiæ, Libertatis, Victoriae? Qua-  
rum omnium terū quia vis erat tanta, vt sine  
deo regi non posset, ipsa res deorū nomen ob-  
tinuit. Quo ex genere, Cupidinis, & Volupta-  
tis, & Lubentinæ Veneris vocabula consecra-  
ta sunt, vitiōsarum rerum, neque naturalium,  
quanquā Velleius aliter existimat: sed tamen  
ea ipsa vitia naturam vehementius s̄epe pul-  
san. Utilem igitur magnitudine constitu-  
ti sunt ei dij, qui utilitates quascq; gignebat. At  
que his quidem nominibus quę pauloante di-  
ta sunt, quæ vis sit in quoq; declaratur deo.  
Suscepit autem vita hominum, consuetudoq;  
comunis, vt beneficijs excellentes viros in cœ-  
lum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercu-  
les, hinc Castor & Pollux, hinc Aesculapius,  
hinc Liber etiam. hunc dico Liberum Semele  
natū, nō eum quem nostri maiores auguste  
sancteq; Liberum cum Cerere & Libera cōse-  
crauerūt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi  
f. iiiij

potest. Sed quòd ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber & libera: quod in libera seruant, in libeio non item. Hinc etiam Romulum, quem quidam esse Quirinum putant. Quorum quū remanerēt animi, atq; æternitate fruerentur, dī rite sunt habiti, quū & optimi essent, & æterni. Alia quoque ex ratione & quidem physica magna fluxit multitudo deorum, qui inducti specie humana, fabulas poëtis suppeditauerunt, hominum autem vitam superstitione ornari refererunt. Atq; hic locus a Zenone tractatus, post a Cleāthe & Chrysippo pluribus verbis explicatus est. Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit, scilicet exercitum Cælum à filio Saturno, vincitu autem Saturnū ipsum à filio Ioue. physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas. Cælestem enim altissimam, æthercamq; naturā, id est igneam, quæ per se omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ coniunctione alterius egredit ad procreandum. Saturnum autem eum effe voluerunt, qui cursum & conuersione spatiiorum ac temporū contineret, qui deus Græce id ipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis. Saturnus autē est appellatus, q; saturaretur annis. Ex se enim natos comete singitur solitus, quia consumit aetas temporū spatia, annisq; præteritis insaturabiliter explet. Vinctus

autē a Ioue, ne immoderatos cursus haberet, atq; vt eum siderum vinclis alligaret. Sed ipse Iupiter, id est iuuans pater, quem cōuersis casibus appellamus a iuuando Iouem, a poëtis patr̄ diuumq; hominūq; dicitur, a maioribus autem nostris optimus maximus: & quidem ante optimus, id est beneficentissimus, quā maximus, quia maius est certeque gratius prodesse omnibus, quām opes magnas habere. Hunc igitur Ennius (vt supra dixi) nuncupat ita, dicens. Aspice hoc sublimē candens, quem inuocant omnes Iouem. Planiusq; alio loco idem. Cui quod in me est, execrabor hoc, quo lucet quicquid est. Hūc etiam augures nostri quum dicunt Iouem fulgentē, tonantē, dicunt enim Ioue fulgente, tonante, dicunt in cælo fulgere & tonare. Euripides autem vt multa preclarare, sic hoc breuter. Vides sublime fulsum immoderatum æthra, qui terram tenero circuictu amplectitur? Hūc summū habeto diuū, hūc perhibeto Ioue. Aer autem (vt Stoici disputant) interiectus inter cælum & mare, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniuncta Louis, quòd & similitudo est ætheris, & cū eo summa coniunctio. Effoeminarunt autē eum, Iunoniq; tribuerūt, q; nihil est eo mollius. Sed Iunonem a iuuando credo nominata. Aqua testabat & terra, vt essent ex fabulis tria regna diuisa. Datum est igitur Neptuno altero Louis vt volunt fratri, maritimū omne regnū,

nomenq; productum, vt Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paulum primis literis im- mutatis. Terrena autē vis omnis atq; natura Diti patri dicata est, qui diues vt apud Gr̄ecos πλούτων, quia & recidat omnia in terras, & orientur e terris. Cui Proserpina nomen est, quæ περσφόνη Gr̄ece nominatur, quam frugum semen esse volunt, absconditamq; quærī a matre fingunt. Mater autem est a gerendis frugibus Ceres tanquā geres, casuq; prima līte ra itidē mutata vt a Gr̄ecis. Nā ab illis quoq; θημάτηρ quasi γημάτηρ nominata est. Iam qui magna verteret, Mauors, M̄nerua autem quæ vel minueret, vel mlnaretur. Quumq; in omnibus rebus vim haberent maximam pri- ma & extrema, principem in sacrificando Ia- num esse voluerunt, quod ab eundo nomen est ductū: ex quo trāditiones peruīa, Ianī, foresq; in liminibus profanarum ædium, ianuę nomi- nantur. Nam Vestæ nomen a Gr̄ecis, ea est enim quæ ab illis īsīa dicitur. Vis autē eius ad aras & focos pertinet. Itaq; in ea dea, quod est rerum custos intimarum, omnis & preca- tio & sacrificatio externa est. Nec longe ab- sunt ab hac vi dij Penates, siue a penu ducto nomine (est enim omne quo vescuntur homines penus) siue ab eo quod penitus insidet, ex quo etiam penetrales a poetis vocātur. Iam Apol- linis nomen est gr̄ecum, quem Solem esse vo- lunt. Dianam autem & Lunam eandem esse

putant: quum Sol dictus sit, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus, vel quia quū est exortus, obscuratis omnibus solus apparet: Lu- na a lucēdo nominata sit. eadem est enim Lu- cina. Itaque vt apud Gr̄ecos Dianam, eamq; luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana om- niuaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. Dia- na dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Ad- hibetur autem ad partus, quod ij maturescūt aut septem nonnunquam, aut, vt plerūq;, no- uem lunæ cursibus: qui quia mensa spatiā con- ficiūt, meniles nominātur. Cōcinneq;, vt mul- ta Timæus, qui cum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Diana Ephesiæ templum deslagravisse, adiunxit mi- nime id esse mirandum, quod Diana quum in partu Olympiadis adesse voluisse, absuisset domo. Quæ autem dea ad res omnes veniret, Venerem nostrī nominauerunt, atq; ex ea po- tius venustas, quām Venus ex venustate. Vi- detis ne ligitur vt a physicis rebus bene atque utiliter inuentis tracta ratio sit ad commen- titios & fictos deos? Quę res genuit falsas opi- niones, erroresq; turbuletos, & superstitiones pene aniles. Et formæ enim nobis deorum, & æstates, & vestitus ornatusque noti sunt. Ge- nera præterea, coniugia, cognationes, omniacq; traducta ad similitudinē imbecillitatis huma-

næ . Nam & perturbatis animis inducuntur. Accipimus enim deorum cupiditates, ægritudines, iracundias . Nec vero, vt fabulæ ferunt, bellis prælijsq; caruerunt: nec solum , vt apud Homerum, quū duos exercitus contrarios alij dei ex alia parte defenderent, sed etiā vt cum Titanis, vt cum gigantibus , sua propria bella gesserunt. Hæc & dicuntur & creduntur stultissime, & plena sunt futilitatis, summq; levitatis. Sed tame his fabulis spretis ac repudiatis, deus pertinens per naturam cuiusc rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alij per alia poterunt intelligi qui qualesq; sunt: quoq; eos nomine consuetudo nūcupauerit, hos deos & venerari & colere debemus. Cultus autē deorum est optimus, idemq; castissimus atq; sanctissimus, plenissimusque pietatis, vt eos semper pura, integra, incorrupta & mente & voce veneremur. Nō enim philosophi solum, verū etiam maiores nostri superstitionē a religione separauerunt. Nam qui totos dies precabātur & immolabant vt sibi sui liberi superstites essent, superstiosi sunt appellati: quod nomen patuit postea latius. Qui autem omnia que ad cultum deorum pertinerent, diligenter retraharent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo , vt eligentes ex eligendo, tanquam a deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem que in religioso, ita factum

est in superstitione & religioso, alterū vitij non men, alterū laudis. At mihi videor satis & esse deos, & quales essent ostendisse. Proximū est, vt doceam deorū prouidētia mundū administrari. Magnus sane locus est, & a vestrī Cotata vexatus: ac nimī vobiscū omne certame est. Nam vobis Vellei minus notum est quæ admodum quicque dicatur. Vestra enim solū legit̄, vestra amatis, cæteros causa incognita condemnatis, velut a te ipso hēsterno die dis̄. Etūm est, anum fatidicā Pronceam a Stoicis induci, id est prouidētiam. Quod eo errore dixisti, quia existimas ab his prouidentiam fingi quasi quādam deam singulatē, quæ mundū omnē gubernet & regat: sed id precise dicitur, vt si quis dicat Atheniēsium Rēpublīcam consilio regi, desit illud Ariopagi: si quum dicimus prouidentia mundū administrari, deesse arbitror deorum: plene autem & perfecte sic dici existimato, prouidentia deorum mundū administrari. Ita salem istum quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolitote cōsumere . Et mehercle, si me audiatis, ne experiamini quidem, non decet, nō datum est, nō potestis. Nec vero hoc in te vñū conuenit, moribus domesticis ac nostrorum hominū urbaniitate limitati, sed quū in reliquos vestros, tum in eum maxime, qui ista peperit, hominem sine arte, sine literis, insultantē in omnes, sine acumine vlo, sine auctoritate, sine lepore . Dico

igitur prouidentia deorum mundū & omnes mundi partes & initio cōstitutas esse, & omni tempore administrari. Eamq̄ disputationem tres in partes nostri fere diuidunt. Quarū prima pars est, quæ ducitur ab ea ratione quæ docet esse deos: quo concessō, cōfitendum est eorum consilio mundum administrari. Secunda est autem quæ docet omnes res subiectas esse naturæ sentienti, ab eaq̄ omnia pulcherrime geri: quo constituto, sequitur ab animantibus principijs eam esse generatam. Tertius est locus, qui ducitur ex admiratione rerum cælestium atq̄ terrestrium. Primum igitur aut nō gandum est esse deos, qd & Democritus simulacra, & Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat: aut qui deos esse concedant, his fatendum est eos aliquid agere, idq̄ p̄clarū. Nihil est autem p̄clarius mundi administratione, decorum igitur consilio administratur. Quod si aliter est, aliquid profecto sit necesse est melius, & maiore vi p̄dictum, quam deus, quale id cunq̄ est, siue inanima natura, siue necessitas vi magna incitata hæc pulcherrima opera efficiens, quæ videmus. Non est igitur natura deorū p̄potens nec excellens, si quidem ea subiecta est ei vel necessitatī vel naturæ, qua cælum maria terræq̄ regantur. Nihil est autem p̄stantius deo, ab eo igitur necesse est mundum regi. Nulli igitur est naturæ obediens aut subiectus deus. omnem ergo regit

splē naturā. Etenim si concedimus intelligentes esse deos, concedimus etiam prouidentes, & rerum quidē maximū. Ergo vtrum ignorant quæ res maximæ sint, quoq̄ h̄e modo tractandæ & tuendæ, an vim nō habent qua tantas res sustineat & gerant? At & ignoratio rectum aliena naturæ deorum est, & sustinendi muneris propter imbecillitatē difficultas minime cadit in maiestatē deorum: ex quo efficitur, id quod volumus, deorū prouidentia mundum administrari. Atqui necesse est quum sint Dij, si modo sint, vt profecto sunt, animantes esse, nec solum animantes, sed etiam rationis compotes, inter seq̄ quasi ciuili conciliatione & societate coniunctos, ynum mūndum vt cōmunem Rempu. atq̄ vrbum aliquā regentes. Sequitur vt in his sit eadem quæ in genere humano ratio, eadem veritas vtrobiq̄ sit, cadēq̄ lex, quæ est recti p̄ceptio, prauic̄ depulsio: ex quo intelligitur prudentiam quoq̄ & mentem a deis ad homines peruenisse, ob eamq̄ causam maiorum institutis, mens, fides, virtus, concordia, consecratæ & publice dedicatæ sunt. Quæ qui conuenit penes deos esse negare, quum' eorum augusta & sancta simulacula veneremur? Quod si inest in hominum genesi mens, fides, virtus, concordia, vnde hæc in terram nisi a superis defluere potuerunt? Tum quæ sint in nobis, consilium, ratio, prudentia, necesse est deos hæc ipsa habere maiora, nec

habere solum, sed etiam his vti in maximis & optimis rebus. Nihil autem est nec maius nec melius mundo. necesse est ergo eum deorum cōsilio & prouidentia administrari. Postremo quum satis docuerimus hos esse deos, quorum insignem vim & illustrem faciem videremus, Solem dico, & Lunam, & vagas Stellas & inerrantes, & cælum & mundū ipsum, & earum rerum vim quæ inessent in omni mundo cum magno vsu & comoditate generis humani, esficitur omnia regi diuina mente atq; prudētia. Ac de prima quidem parte satis dictum est. Sequitur vt doceam omnia subiecta esse naturæ, eaq; ab ea pulcherrime geri. Sed quid sit ipsa natura, explicandum est ante breui ter, quo facilius id quod docere volumus, intelligi possit. Namq; alij naturam esse censem vīm quādam sine ratione ciente motus in corporibus necessarios. Alij aute vīm particepe rationis atq; ordinis tanq; via progredie tem, declarantq; quid cuiusq; rei causa efficiat, quid sequatur: culus solertia nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitado. Seminis enim vīm esse tantam, vt id quaqua sit perexiguum, tamē si inciderit in cōcipientem cōpere hendentemq; naturam, nactumque sit materiam qua ali augerique possit, ita fingat & efficiat in suo quidque genere, partim vt tantummodo per stirpes alantur suas, partim vt moueri etiam & sentire & appetere possint;

& ex seſe similia ſui gignere. Sunt autem qui omnia naturæ nomine appellant, vt Epicurus, qui ita diuidit, omnia quæ ſint in natura, eſſe corpora & inane, quæq; his accident. Sed nos quum dicimus natura cōſtare administratiq; mundū, non ita dicimus vt glebā, aut fragmetum lapidis, aut aliquid eiusmodi, nulla cohætū natura, ſed vt arborem, vt animal, in quib; nulla temeritas, ſed ordo appetet, & artis quædā ſimilitudo. Quod ſi ea quæ a terra stirpibus continentur, arte naturæ viuunt & vi gent, profecto ipsa terra eadem vi continentur arte naturæ: quippe quæ grauidata ſeminibus omnia pariat & fundat ex ſeſe, stirpes amplexa alat & augeat, ipſaque alatur viciflīm a ſuperis externisq; naturis: eisdemq; expirations ſous aer alitur, & ether, & omnia ſupera. Ita ſi terra natura tenetur & viget (eadem enim ratio in reliquo mundo est) stirpes terre inherent, animantes autem aspiratione certis ſuſtinētur, ipſeq; aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobilicū ſonat. Nihil enim eorū ſine eo fieri potest. Qui netiam mouetur nobiscū. Quacunq; enim imus, quacunq; mouemur, videtur qualis locum dare & cedere: quæq; in medium locū mundi qui est inſimus, & quæ a medio in ſuperum, quæq; conuersione rotunda circum medium feruntur, ea continentē mundi efficiunt vnamq; naturam. Et cum quatuor ſint genera corporum, viciſſitudine eorum mundi natura

## DE NATVRA DEORVM

cst cōtinuata. Nam ex terra aqua, ex aqua ori-  
tur aer, ex aēre æther, deinde retrorsum vici-  
sim ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra in-  
fima. Sic naturis his ex quibus omnia cōstant,  
sursum, deorsum, vltro, citroq; cōmeantibus,  
mundi partiu coniunctio continetur: qua aut  
sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu  
quem videmus, aut certe perdiuturna, perma-  
nens ad longinquum & immensum pene tem-  
pus: quorum vtrūuis vt sit, sequitur mundum  
natura administrari. Que enim classium nau-  
gatio, aut quæ instruētio exercitus, aut rursus  
(vt ea quæ natura efficit, cōferamus) quæ pro-  
creatio vitis, aut arboris, qua potro animantis  
figura, confirmatq; membrorum tantam na-  
turæ solertia significat, quantam ipse mun-  
dus! Aut igitur nihil est quod sentiente natu-  
ra regatur, aut mundum regi confitendum est.  
Etenim qui reliquas naturas omnes, earumque  
semina contineat, qui potest ipse non natura  
administrari? vt si quis dentes & pubertatem  
natura dicat existere, ipsum autem hominem  
cui ea existant, constare natura non intelligat,  
nec ea quæ ferant aliquid ex sese, perfectiores  
habere naturas, quam ea quæ ex ijs efferantur.  
Omniū autem rerum quæ natura administrā-  
tur, seminator, & sator, & parens (vt ita dīca)  
atque educator & auctor est mundus, omniaq;  
sicut membra & partes suas nutricatur & con-  
tinet. Quòd si mundi partes natura adminis-  
trantur, necesse cst mūdum ipsum natura ad-  
ministrari. Cuius quidem administratio nihil  
habet in se quod reprehēdi possit. Ex ijs enim  
naturis quæ erant, quod effici optimū potuit,  
effectum est. Doceat ergo aliquis potuisse me-  
lius: sed nemo vñqua docebit: & si quis corri-  
gere aliquid volet, aut deterius faciet: aut id qđ  
fieri non potuit, desiderabit. Quòd si omnes  
mundi partes ita constitutæ sunt, vt neque ad  
vñsum meliores potuerint esse, neq; ad speciem  
pulchriores, videamus vtrū ea fortuita ne sint,  
an eo statu, quo cohērente nullo modo porue-  
rint nisi sensu moderante, diuinap; prouiden-  
tia. Si ergo meliora sunt ea quæ natura, quam  
illa quæ arte profecta sunt, nec ars efficit quic-  
quam sine ratione, nec natura quidem rationis  
expers est habenda. Qui igitur conuenit signū  
aut tabulam pictam quum aspexeris, scire ad-  
hibitam esse artem: quumq; procul cursu na-  
vij videris, non dubitate quin id ratione atq;  
arte moueatur: aut quum solartum vel descri-  
ptum, aut ex aqua cōtemplere, intelligere de-  
clarari horas arte, non casu: mundum autem,  
qui & has ipsas artes, & earum artifices & cu-  
tra cōpletatur, consilij & rationis esse exper-  
tem putare! Quòd si in Scythiam aut in Brita-  
niā sphērā aliquis tulerit, hanc quā nuper fa-  
miliaris noster effecit Posidonius, cuius singu-  
le cōuersiones idem efficiūt in Sole & in Luna  
& in quinq; stellis erratibus, qđ efficitur in celo

singulis diebus & noctibus, quis in illa Barba-  
rie dubitet quin ea sphaera sit perfecta ratione?  
Hi autē dubitant de mūdo , ex quo & oriūtur  
& fiunt omnia, casu ne ipse sit effectus , an ne-  
cessitate aliqua, an ratione, an me te diuina : &  
Archimedē arbitratur plus valuisse in imitan-  
dis sphērē cōversionibus, q̄ naturam in efficiē-  
dis , præsertim quum multis partibus sint illa  
perfecta,quām hēc simulata solertia. Atq̄ ille  
apud Accium pastor qui nauem nunq̄ ante vi-  
disset, vt procul diuinū & nouum vehiculū Ar-  
gonautarū ex alto conspexit, primo admirans  
& perterritus hoc modo loquitur. Tāta moles  
labitur Fremebunda ex alto ingenti sonitu &  
strepu, Præ se vndas voluit, vertices v̄l susci-  
tat, Ruit prolapsa, pelagus respergit, profluit,  
Ita dū interruptū credas nimbū voluier, Dū  
quod sublime ventis expulsum rapit Saxū aut  
procellis, vel globosos turbines Existere iētos  
vndis cōcurrantibus. Nisi quas terrestres pon-  
tus strages conciet, Aut forte Triton fuscina  
cuertes specus, Subter radices penitus vndan-  
ti in freto Molem ex profundo saxeām , aut  
cēlū eruit. Dubitat primo quæ sit ea natura  
quam cernit ignotam , idemq̄ iuuenib⁹ visis  
auditoc⁹ nautico cātu, Sicut inciti atq̄ alacres  
rostris p̄fremūt Delphini. Itē alia multa. Syl-  
uani melo cōsimilem ad aures cantum & au-  
ditum refert. Ergo vt hic primo aspectu inane  
quiddā, sensuq̄ vacuum se putat cernere, post

autē signis certioribus quale sit id de quo du-  
bitauerat, incipit suspicari : sic philosophi de-  
buerunt , si forte eos primus aspectus mundi  
cōturbauerat, postea quū vidissent motus eius  
finitos & æquabiles, omniaque ratis ordinibus  
moderata, immutabiliq̄ constantia, intellige-  
re inesse aliquem nō solum habitatore in hac  
cælesti ac diuina domo, sed etiam rectorem &  
moderatorem, & tanq̄ architectum tanti ope-  
ris, tantiq̄ muneris. Nunc autem mihi viden-  
tur ne suspicari quidem quanta sit admirabilis  
tas cælestium rerum atq̄ terrestrium. Princi-  
pio enim terra sita in media parte mundi, cir-  
cūfusa vndiq̄ est hac animabili spirabilic⁹ na-  
tura, cui nomen est Aer, græcum illud quidē,  
sed perceptū iam tamen v̄su a nostris. tritum  
est enīm pro latino. Hunc rursus amplectitur  
tinmēsus æther, qui constat ex altissimis ignis  
bus. Mutuemur hoc quoq̄ verbū, dicaturq̄ tā  
æther latine, q̄ dicitur aer, & si interpretatur  
Pacuuius . Hoc quod memoro, nostri cælum,  
Graij perhibet æthera, quasi vero non Graius  
hoc dicat. At latine loquitur, si quidem nos nō  
quasi græce loquente audiamus. Docet idem  
alio loco graiugena: de isto aperit ipsa oratio.  
sed ad maiores redeamus. Ex æthere igitur in-  
numerabiles flammæ siderum existūt, quorum  
est princeps Sol , omnia clarissima luce collus-  
trans , multis partibus maior atque amplior  
quām terra vniuersa: deinde reliqua sidera ma-

gnitudinibus immensis. Atque hi tanti ignes tamq; multi non modo nihil nocent terris, rebusq; terrestribus, sed ita prosunt, vt si mota loco sint, conflagrare terras necesse sit, a tantis ardoribus moderatione & temperatione sublata. Hic ego non mirer esse quenq; qui sibi persuadeat corpora quedam solida atq; individua vi & grauitate ferri, mūdumq; effici ornatissimum & pulcherrimū ex eorum corporum cōcūsione fortuita! Hoc qui existimat fieri potuisse, no intellico cur nō idem putet, si innumerabiles vnlus & viginti formē literarum vel aureę vel quales libet aliquò coniiciātur, posse ex his in terrā excussis annales Ennij vt deinceps legi possint effici: qđ nescio an ne in uno quidem versu posit tatum valere fortuna. Isti autem quēadmodum asseuerant ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quā πνιότητα græci vocant, non sensu p̄reditis, sed cōcurrentibus temere atq; casu mūndum esse perfectum, vel innumerabiles potius in omni pū. Eto temporis alios nasci, alios interire! Quod si mundum efficere potest concursus Atomorum, cur potticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest, quæ sunt minus opera, & multo quidē facilitiora? Certe ita temere de mūdo effutiunt, vt mihi quidē nunq; hunc admirabilem cæli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videātur. Preclarē ergo Aristoteles, Si essent, inquit, qui sub terra semper

habituissent bonis & illustribus domicilijs, quæ essent ornata signis atq; picturis, instruētacō rbus his omnibus, quibus abundant hī qui beati putatur, nec tamen exissent vñquam supra terram, accepissent autem fama & auditione esse quoddam numē & vim deorum, inde aliquo tēpore patefactis terræ faucibus, ex illis abditis sedibus euadere in hēc loca que nos incolimus, atq; extre potuissent, quum repente terram, & maria, cælumq; vidissent, nubium magnitudinem, ventorumq; vim cognouisser, aspexissentq; solem, eiusq; tum magnitudinem pulchritudinēq;, tum etiam efficiētiam cognouissent, quod is diem efficeret, toto cælo luce diffusa: quum autem terras nox opacasset, tum cælum totum cernerent astris distinctum & ornatum, Lunęq; lumen varietatē, tum crescentis, tum scenscentis, eorumq; omnium ortus & occasus, atque in omni æternitate ratos immutabilesq; cursus: Hec quum viderent, profecto & esse deos, & hæc tanta opera deorum esse arbitratetur. Atq; hæc quidem ille. Nos autem tenebras cogitemus tanas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum igniū finitimas regiones obscurauisse dicūtur, vt per biduum nemo hominē homo agnosceret: quā autem tertio die Sol illuxisset, tū vt resuixisse sibi videretur. Quod si hoc idē ex eter, nis tenebris continget, vt subito lucem aspiceremus, quenā species celi videretur? Sed assūg. iiiij

duitate quotidiana, & cōsuetudine oculorum assūscunt animi, neq; admirantur, neq; requi-  
runt rationes earum rerū quas semper vidēt, perinde quasi nouitas nos magis q̄ magnitu-  
do rerum debeat ad exquirendas causas exci-  
tare. Quis enim hunc hominē dixerit, qui quū  
tam certos cæli motus, tam ratos astrorū or-  
dines, tamq; omnia inter se connexa & apta  
viderit, neget in his vllam inesse rationem, ea-  
que casu fieri dicat, quæ quanto consilio geran-  
tur, nullo cōsilio aſſequi possumus! An quū ma-  
chinatione quadam moueri aliquid videmus,  
vt sphēram, vt horas, vt alia permulta, non du-  
bitamus quin illa opera sint rationis: quum au-  
tem impetū cæli cū admirabili celeritate mo-  
ueri verticq; videamus, cōstantissime conficien-  
tem vicissitudines anniuersarias, cū summa sa-  
lute & cōseruatione rerum omnī, dubitamus  
quid ea nō solum ratione fiant, sed etiā excel-  
lenti quadā diuinaq; ratione! Licit enim iā re-  
mota subtilitate disputādi, oculis quodāmodo  
cōtemplari pulchritudinē rerum earum quas  
diuina prouidētia dicimus cōstitutas. Ac prin-  
cipio terra vniuersa cernatur locata in media  
sede mūdi, solida & globosa, & vndiq; ipsa in-  
se nutibus suis cōglobata, vestita floribus, her-  
bis, arboribus, frugibus. Quorum omnium in-  
credibilis multitudo insatiabili varietate di-  
ſtinguitur. Adde hoc fontium gelidas per-  
ennitatis, liquores pellucidos amnium, ripa-

rum vestitus viridissimos, speluncarum con-  
cauas altitudines, saxorum asperitates, impē-  
dentium montium altitudines, immensitates  
que camporum. Adde etiam reconditas auri  
argentiq; venas, infinitamque vim marmoris.  
Quæ vero & quām varia genera bestiarū, vel  
cicurum, vel ferarum? qui volucrum lapsus at-  
que cantus? qui pecudum, pastus? quæ vita syl-  
vestrium? Quid iam de hominū genere dicam,  
qui quasi cultores terræ constituti, non patiū,  
tur eam nec immanitate belluarum efferari,  
nec stirpium asperitate vastari, quorūq; ope-  
ribus, agri, insulæ, littoracq; collucent distincta  
tectis & vrbibus? Quæ si vt animis, sic oculis  
videre possemus, nemo cunctam intuens ter-  
ram, de diuina ratione dubitaret. At vero quā-  
ta maris est pulchritudo! quæ species vniuer-  
sæ, quæ multitudo & varietas insularum? quæ  
amœnitates orarum & littorum? quot genera  
quāmq; disperia partim submersarum, partim  
fluitantium & innantium belluarum, partim  
ad saxa nativis testis inhærentium! Ipsum au-  
tem mare sic terram appetens littoribus clu-  
dit, vt vna ex duabus naturis conflata videa-  
tur. Exin mari finitimus aēr die & nocte di-  
ſtinguitur. Is tum fusus & extenuatus subli-  
me fertur: tum autem cōcretus in nubes cogi-  
tur, humoremq; colligens, terrā auget imbris-  
bus: tum effluens huc & illuc, ventos efficit.  
Idem annuas frigorum & calorū facit varie-

tates. Idemq; & volatus alitum sustinet, & sp̄i  
ritus ductus alti & sustentat animātes. Restat  
vltimus, & à domicilijs nostris altissimus, o-  
mnia cingens & coērcens cæli complexus, qui  
idem æther vocatur, extrema ora & determi-  
natio mundi: in quo cū admirabilitate maxi-  
ma igneæ formæ cursus determinatos defini-  
unt. Ex quibus Sol, cuius magnitudine multis  
partibus terra superatur, circum eam ipsam  
voluit, isq; oriens & occidens diem noctem  
que conficit. Et modo accedens, tū autem re-  
cedens, binas in singulis annis reuersiones ab  
extremo contrarias facit: quarum interuallo,  
tum quasi tristitia quadā contrahit terram, tū  
vicissim lātificat, vt cum cælo hilarata videa-  
tur. Luna autem quæ est (vt ostendūt mathe-  
matici) maior q̄ dimidia pars terræ, iisdē spa-  
tiis vagatur quibus Sol: sed tum congregiens  
cum Sole, tum digrediens, & eā lucem quam  
à sole accipit, mittit in terras, & varias ipsa lu-  
cis mutationes habet. Atq; etiā tum subiecta  
atq; opposita Soli, radios eius & lumē obscu-  
rat, tū ipsa incidēs in umbram terræ, quā est  
ē regione solis, interpositu interiectuq; terræ  
repente deficit. Isdemq; spatiis hæ stelle quas  
vagas dicimus, circū terram feruntur, eodēq;  
modo oriuntur & occidunt: quarū motus tum  
incitantur, tū retardantur, sāpe etiā insidunt:  
quo spectaculo nihil potest admirabilius esse,  
nihil pulchrius. Sequitur stellarū inerrantium

maxima multitudo, quarum ita descripta di-  
stinctio est, vt ex nota figurarum similitudi-  
ne nomina inuenientur. Atq; hoc loco me intu-  
ens, Vtar, inquit, carminibus Arati, eis quæ à  
te admodum adolescentulo conuersa, ita me  
delectant quia latina sunt, vt multa ex ijs me-  
moria teneam. Ergo, vt oculis assidue videmus  
sine villa mutatione aut varietate, Cætera la-  
buntur celeri cælestia motu, Cum cæloq; si-  
mul noctesq; diesq; feruntur. Quorum cōtem-  
platione nullius expleri potest animus natu-  
ræ constantiam videre cupientis. Extremus  
q; adeo dupli de cardine vertex Dicitur es-  
se polus. Hunc circum ἀρκτοῦ duæ ferun-  
tur, nunquam occidentes. Ex his altera apud  
Gracos Cynosura vocatur, altera dicitur esle  
Helice, cuius quidem clarissimas stellas to-  
nis noctibus cernimus, Quas nostri septem  
soliti vocitare Triones. Paribusque stellis si-  
militer distinctis eundem cæli verticē lustrat  
parua Cynosura. Hac fidunt duce nocturna  
Phœnices in alto. Sed prior illa magis stel-  
lis distincta refulget, Et late prima confe-  
stim à nocte videtur. Hæc vero parua est,  
sed nautis usus in hac est. Nam cursu interio-  
re breui conuertitur orbe. Ex quo fit earum  
stellarum admirabilior aspectus. Has inter-  
veuti rapido cum gurgite flumen Toruu-  
draco repit subter, supraque reuoluens Se-  
le, conficiensque sinus è corpore flexos. Elius

cum totius est præclara species, in primis suscipienda est figura capitis, atq; ardor oculorum. Huic non vna modo caput ornans stella relucet, Verum tempora sunt duplici fulgore notata, E trucibusq; oculis duo feruida lumen flagrant. Atq; vno mentum radianti sidere lucet, Obstipumq; caput tereti ceruice reflexum, Obtutum in cauda maioris figere dicas. Et reliquum quidem corpus draconis totis noctibus cernimus, Hoc caput hic paulum sele subitoq; recedit, Ortus vbi atq; obitus partim miscetur in vna. Id aute caput Attingens defessa velut moerentis imago Vertitur, quā quidem Graci ἐγώαστι vocat, genibus quodd nixa feratur. Hic illa eximio posita est fulgor corona. Atq; hæc quide a tergo, propter caput anguinenetis, Que claro perhibet ὄφιον χορ nomine Graij. Hic pressu duplici palmarum continet anguem, Atq; eius ipse manet religatus corpore toto. Nanc virum medium serpens sub pectore cingit. Ille tamen nitens grauiter vestigia ponit, Atq; oculos vrget pedibus, pectusq; nepai. Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes, Quodd quasi temone adiunctam praese quatit Arctum. Dein quæ sequuntur. Huic enim Booti subter præcordia fixa videtur Stellam micans radijs Arcturus nomine claro. Cuius subiecta fertur, Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo, Atq; ita dimetita signa

sunt, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat. Et natos geminos inuises sub capit Arcti. Subiectus media est cancer, pedibusq; tenetur Magnu<sup>m</sup> leo tremulam quatiens ē corpore flammam. Auriga Sub læua geminorum obductus parte feretur. Aduersum caput huic Helice truculenta tuetur, At Capra læuum humerum claro obtinet, tum quæ sequuntur. Verum hæc est magno atq; illustri prædicta signo. Contrà Hœdi exiguum iaciunt mortalibus ignem. Cuius sub pedibus Corniger est valido connexus corpore Taurus. Eius caput stellis cōspersum est frequentibus. Has graci stellas Hyadas vocitare fuerunt, à plusendo. Vix enim est pluere. Nostri imperite sūculas, quasi à suibus essent, non ab imbris nominatae. Minorem autē septentrionem Cepheus passis palmis terga subsequitur. Namq; ipsum ad tergum Cynosura vertitur Arcti. Huc antecedit Obscura specie stellarum Casiepea. Hac autē illustri versatur corpore propter Andromeda fugiens a spectu mœsta parentis. Huic equus ille iubam quatiens fulgorum iungens Vna tenet duplices communis luctuine formas, Aeternum ex astris cupiens cōnectere nodum. Exin cotortis Aries cum eorum hæret. Quem propter Pisces, quoru<sup>m</sup> alter paulum prælabitur ante, Et magis horris Aquilonis tangitur auris. Ad pedes An-

dromedē Perseus describitur. Quē summa ab  
regione aquilonis flamina pullanr. Cuius pro-  
pter genu Lævum Vergilias tenui cum luce  
videbis. Inde fides posita & leuiter cōuexa vi-  
detur. Inde est ales auis lato sub tegmine cœ-  
li. Capiti autē equi proximat Aquarii dextra,  
totusc deinceps Aquarius. Tum gelidum va-  
lido de pectorē frigus anhelās Corpore semi-  
fero magno Capricornus in orbe. Quem quā  
perpetuo vēstīuit lumine Titan, Brumali fle-  
ctens contorquet tempore cursum. Hinc au-  
tem aspicitur, Ut sese ostendens emergit scor-  
pios alte, Posteriore trahens plexum vi corpo-  
ris arcū. Quem propter nitēs pennis cōvolui-  
tur ales. At propter se aquilam ardentī cū cor-  
pore portat, Deinde delphinus. Exinde Orion  
obliquo corpore nitens. Quem subsequens Fer-  
vidus ille canis stellarū luce refulget. Post le-  
pus subsequitur, Curriculū nunq defesso cor-  
pore sedans. At canis ad caudam serpens pro-  
labitur Argo. Hanc aries tegit, & lquamodo  
corpore pisces, Fluminis illustri tangentem  
corpore ripas. Quam longe serpentem & Ma-  
nante aspices, proceraque vincla videbis, Quā  
retinent pisces caudarum à parte locata. Inde  
ncpæ cerne propter fulgentis acumē Aram,  
quam flatu permulcet spiritus austri. Propter  
que centaurus Cedit equi partis properans  
submergere cetis. Hic dextram porgens qua-  
drupes qua vasta tenetur, Tendit, & illustrēm

truculentus cēdit ad aram. Hic sese inferni  
de partibus erigit hydra, cuius longe corpus  
est fusum. In medioque sinu fulgens cratera  
relucet. Extremam nitens plumato corpore  
coruus Rostro tundit & hic, geminis est ille  
sub ipsis Antecanis, Procyon grato qui nomi-  
ne fertur. Hæc omnis descriptio siderum,  
atque hic tantus cæli ornatus, ex corpori-  
bus huc & illuc casu & terere concursan-  
tibus potuisse effici, cuiquam sano videri po-  
test. At vero quæ alia natura mentis & ratio-  
nis expers hæc efficere potuit, quæ non modo  
vt fierent, ratione egerunt, sed intelligi quæ  
lia sint sine summa ratione non possunt? Nec  
vgro hæc solum admirabilia, sed nihil magis,  
quam quod ita stabilis est mundus, atque ita  
cohæret ad permanendum, vt nihil ne excos-  
gitari quidem possit aptius. Omnes enim par-  
tes eius vndique medium locum capessentes  
nituntur æqualiter. Maxime autem corpora  
inter se iuncta permanent, quum quasi quo-  
dam vinculo circundata colligantur: quod  
facit ea natura, quæ per omnem mundum  
omnia mente & ratione consciens funditur,  
& ad medium rapit, & conuertit extrema.  
Quocirca si mundus globosus est, ob eamque  
causam omnes eius partes vndique æquabiles  
ipsæ per se atque inter se continentur, contin-  
gere idem terræ necesse est, vt omnibus eius  
partibus in medium vergentibus (id autem

medium infimum in sphæra est) nihil interru-  
patur, quo labefactari possit tanta contentio  
grauitatis & pôderum. Eademq; ratione ma-  
re quum supra terram sit, medium tamen ter-  
ræ locum expetens, cōglobatur vndicq; æqua-  
liter, neq; redundat vñquam, neq; effunditur.  
Huic autem continens aër fertur ille quidem  
leuitate sublimi, sed tamen in omnes partes se  
ipse fundit. Itaq; & mari continuatus & iun-  
ctus est, & natura fertur ad cælum, cuius te-  
nuitate & calore temperatus, vitalem & salu-  
tarem spiritum præbet animantibus. Quem  
complexa summa pars cælli quæ Aethra dici-  
tur, & siuum retinet ardorem tenuem, & nulla  
admixtione concretum, & cum aëris extremis  
tate coniungitur. In æthere autem astra vol-  
uuntur, quæ & se nixu suo globata continet,  
& forma ipsa figuraque sua momenta susten-  
tant. Sunt enim rotunda: quibus formis, vt an-  
te dixisse videor, minime noceri potest. Sunt  
autem Stellæ natura flâmæ: quocirca tertæ,  
maris, aquarum vaporibus aluntur, ijs qui à  
sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur:  
quibus altè renouateq; stelle atq; omnis æther  
refundunt eadem, & rursum trahunt indidè,  
nihil vt fere intereat, aut admodum paulum,  
quod astrorum ignis & ætheris flamma con-  
sumat. Ex quo euenturum nostri putant, id, de  
quo Panætium addubitare dicebant, vt ad ex-  
tremum omnis mundus ignesceret, quum hu-

more consumpto neq; terra ali posset, neque  
remearet aër, cuius ortus aqua omni exhausta  
esse non posset. ita relinqui nihil præter igne:  
à quo rursum animante, a deo renouatio mun-  
di fieret, atq; idem ornatus oriatur. Nolo in  
stellarum ratione multus vobis videri, maxis  
meq; earum quæ errare dicuntur, quarū tan-  
tus est concentus ex diffimilimis motibus, vt  
quum summa Saturni refrigeret, media Mar-  
tis incendat, his interiecta Iouis illustret & tē-  
peret, infraq; Martem duæ Soli obedient, ipse  
Sol mundum omnem sua luce cōpleat, ab eo  
que luna illuminata grauiditates & partus af-  
ferat, maturitatēq; gignendi. Quæ copulatio  
rerum, & quasi consentiens ad mundi incolu-  
mitatem, coagmentatio naturæ, quem non co-  
mouet, hunc horum nihil vñq; reputauisse cer-  
to scio. Age vt à cœlestibus rebus ad terrestres  
veniamus, quid est in his, in quo nō naturæ ra-  
tio intelligentis appareat? Princípio, eorū quæ  
gignuntur è terra stirpes & stabilitatem dant  
ijs quæ sustinent, & ex terra succum trahunt,  
quo alantur ea quæ radicibus continentur, ob-  
ducunturq; libro aut cortice trunci, quo sint à  
frigoribus & a caloribus tutiores. Iam vero vi-  
tes sic clauiculis adminicula tāquam manibus  
apprehendunt, atq; ita se erigunt, vt animan-  
tes: quinctiam à caulibus brassicisq; si propter  
fati sint, vt a pestiferis & nocentibus refuge-  
te dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere,

Animantium vero quanta varietas est! quanta ad eam rem vis, ut in suo quocumque genere permaneant! Quarum aliquæ corijs rectæ sunt, alias villis vestitæ, alias spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia penarum. Pastum autem animantibus natura large & copiose, eum qui cuique aptus erat comparauit. Enumerare possum ad eum pastum capessendum conficiendus, quæ sit in figuris animantium, & quæ solers subtilisque descriptio partiū, quamque admirabilis fabrica membrorū. Omnia enim, quæ quidem intus inclusa sunt, ita nata, atque ita locata sunt, ut nihil eorum superuacuum sit, nihil ad vitam detinendam non necessarium. Dedit autem eadem natura belluis & senum & appetitum, ut altero conatus haberent ad naturales pastus capessendos, altero secererent pestifera a salutaribus. Iam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando: cibūque partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim ad uncitate rostrorum: alia fugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea est humilitas, ut cibū terrestrem rostris facile contingat: quæ autem altiora sunt, ut anseres, ut cygni, ut grues, ut camelii, adiuuantur proceritate colloru. Manus etiā data elephantiis, quia propter magnitudinem corporis difficiens.

ciles aditus habeat ad pastum. At quibus bestijs erat is cibus, ut alius generis escis vesceretur, aut vites natura dedit, aut celeritas data est, quibusdā etiā machinatio quædam atque soletia, ut in araneolis aliæ quasi teste texunt, ut si quid inhæserit conficiant, alias autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit arripiunt, idque eos sumunt. Pinna vero (sic enim græce dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua squilla quasi societate coit coprandi cibi. Itaque quū pisciculi parui in conchā hiantem innatauerint, tū admonita squillæ pinna morsu conservit cōchæ: sic dissimilimis bestiolis cōmutiter cibus queritur. In quo admirandum est, cōgressu ne aliquo inter se, an iam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatae sint. Est etiam admirationis nonnulla in bestijs aquatilibus, his quæ gignuntur in terræ veluti crocodili, fluviatileſ que testudines, quædamque serpentes ortæ extra aquam, simul ac primum nisi possunt, aquam periequuntur. Quinetiam anatum oua gallinis saepè supponimus, ex quibus pulli orti primū aluntur ab ijs ut à matribus, à quibus exclusi fotique sunt: deinde cas relinquunt, & effugiunt, sequentes quæ primū aquam, quasi naturalem domum videre potuerunt. Tantæ ingenuit animatibus conservandi sui natura custodia. Legi etiā scriptū esse auem quandam, quæ Platæa nominaretur, eam fibi cibū querere aduolatam ad eas aues quæ se in mari mergerent: quæ quū emersissent,

piscemq; cepissent, vscq; eo premere earum capita mordicus, dum captum illæ amitterent, id quod ipsa inuaderet. Eademq; hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque quum stomachi calore concoxerit, euomere, atq; ita eligere ex ijs quæ sunt esculenta. Ranæ autem marinæ dicuntur obruere sese arena solere, & moueri prope aquam: ad quas quasi ad escam pisces quum accesserint, confici a ranis atq; consumi. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo: ergo alter alterius vbcunque nactus est oua frangit. Illud vero ab Aristotele animaduersum, a quo pleraq; quis potest non mirari! Grues cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficere formam: eius autem summo angulo aër ab ijs aduersus pellitur: deinde sensim ab vtroq; latere tanquam remis, ita pennis cursus autū leuatatur. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanq; à puppi ventis adiuuatur, eæq; in tergo prævolantium colla & capita reponunt. Quod quia ipse dux facere non potest, quia nō habet vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoq; quiescat. In eius locum succedit ex ijs quæ assequitur: eaq; vici situdo in omni eursu conseruatur. Multa eiusmodi proferre possum, sed genus ipsum videntis. Iam vero illa etiam notiora, quanto se opere custodian bestię, vt in pastu circu spectent, vt in cubilibus delirescant. Atq; illa mirabilia, quod ea quæ nuper, id est paucis ante seculis

medicorum ingenij reperta sunt, vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curāt. Auditū est pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo vt essent vñæ, non morerentur. Capras autem in Creta feras quum essent confixa venenatis sagittis, hærbam quærere quæ Dictamus vocaretur, quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt ē corpore. Ceruæq; paulo ante partum perpurgat se quadam hærbula, quæ Seselis dicitur. Iam illa cernimus, vt contra metum & vim suis se armis quæq; defensdat, cornibus tauri, apri dentibus, mortu leones: alię fuga se, alię occultatione tutatur, atra menti effusione Sepiæ, torpore Torpedines: multæ etiam insectantes odoris intolerabili foeditate depellunt. Vt vero perpetuus mudi esset ornatus, magna adhibita cura est à prouidentia deorum, vt semper essent & bestiarū genera, & arborum, omniumq; rerum quæ altæ aut radicibus a terra, aut stirpibus contine rentur. Quæ quidem omnia eam vim seminis habent in sè, vt ex uno plura generentur, idq; semē inclusum est in intima parte earum bac carum, quæ ex quaq; stirpe fundūtur: iisdem, que seminibus & homines affatim vescuntur, & terræ eiusdem generis stirpium renouatione complentur. Quid loquar quanta ratio in bestijs ad perpetuam conseruationem earum generis appareat? Nam primum, aliæ maies h tij

aliæ fœminæ sunt, quod perpetuitatis causa machinata natura est. Deinde partes corporis & ad procreadum, & ad concipiendum aptissime, & in mari & in fœmina commiscendorū corporum miræ libidines. Quum autem in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese, eoque septum fingit animal. Quod quū ex utero elapsum excidit, in ijs animantibus quæ lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lactescere incipit: eaq; quæ paulo ante nata sunt, si ne magistro duce natura mammas appetunt, carumq; vbertate saturatur. Atq; vt intelligamus nihil horum esse fortuitū, & hæc omnia esse opera prouidæ solertisq; nature: quæ multiplices foetus procreant, vt sues, vt canes, his mammorum data est multitudo, quas easdem paucas habent hæ bestiæ quæ pauca gignunt. Quid dicā quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisq; ijs quæ procreauerint, vscq; ad eum finem, dū possint se ipsa defendere! Et si pñces, vt aiunt, oua quum genuerūt relinquunt. Facile enim illa aqua & sustinentur, & foetum fundunt. Testudines autem & Crocodilos dicūt, quum in terra partū ediderint, obruere oua, deinde discedere ita & nascuntur, & educantur ipsa per sese. Iam gallinæ auesq; reliquæ & quietum requirunt ad pariendū locum, & cubilia sibi nidosq; construunt, eosq; q; possunt mollissime substernunt, vt q; facillime oua seruētur: è quibus pullos quū excluserūt,

ita tacentur, vt & pennis foueant, ne frigore lædantur: & si est calor a Sole, se opponant. Quū autem pulli pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur. Accedit etiā ad nonnullorū animantium, & earum rerū quas terra gignit, conseruationem & salutē, hominū etiam solertia & diligētia. Nā multæ & pecudes & stirpes sunt, quæ sine procuratione hominū saluæ esse non possunt. Magnæ etiā opportunitates ad cultū hominū atq; abudantia, aliæ alijs in locis repe riuntur. Aegyptū Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutā oppletamq; tenuerit, tū recedit, mollitosq; & oblimatos agros ad serendū res linquit. Mesopotamiā fertilem efficit Euphrates, in quā quotannis quasi nouos agros inuehit. Indus vero, qui est omnium fluminū maximus, non aqua solū agros lætificat & mitigat, sed eos etiā conservit. Magna enim vim seminū secū frumenti similiū dicitur deportare. Multaq; alia in alijs locis cōmemorabilia proferre possum, multos fertiles agros, alios aliorū fiūtum: sed illa quāta benignitas naturæ, quoddam multa ad vescendū, tam varia & tā iucunda gignit: necq; ea uno tempore anni, vt semper & nouitate delectemur & copia. Qz tempesti, uos autē dedit, q; salutares nō modo hominū, sed etiam pecudū generi, ijs deniq; omnibus quæ oriuntur ē terra, ventos Etesias, quorum statu nimij tēperatūr calores: ab iisdē etiā ma-

ritimi cursus celeres & certi diriguntur. Multa prætercunda sunt, & tamen multa dicuntur. Enumerari enim non possunt fluminū oppor- tunitates, æstus maritimī multū accedētes & recedentes, montes vestiti atq; sylvestres, sali- nae ab ora maritima remotissimæ, medicame- torum salutarium plenissimæ terræ, artes de- niq; innumerabiles ad victum & ad vitam ne- cessariæ. Iam diei noctisq; vicissitudo conser- vat animatæ, tribuens aliud agendi tempus, aliud quiescendi. Sic vndiq; omni ratione con- cluditur, mente cōsiliorq; diuino omnia in hoc mundo ad salutem omnium conseruationēq; admirabiliter administrari. Sin quærat quis piam, cuiusnam causa tantarum rerū molitio facta sit, arborum ne & herbarum, quæ quanq; sine sensu sunt, tamen à natura sustinentur? At id quidem absurdum est. An bestiarū? Ni- hilo probabilius, deos mutarum & nihil intel- ligentium causā tantum laborasse. Quorū igi- tur causa quis dixerit effectum esse mundum? eorum scilicet animantium, quæ ratione vtun- tur. Hi sunt dij & homines, quibus profecto nihil est melius. Ratio est enim quæ præstet o- mnibus. Itaq; fit credibile, deorū & hominum causa factū esse mundū, quæq; in eo mūdo sint omnia. Faciliusque intelligitur, à dijs immor- talibus hominibus esse prouisum, si erit tota hominis fabricatio perspecta, omniscip huma- næ naturæ figura atq; perfectio. Nā quū tribus

rebus animantiū vita teneatur, cibo, potionē, spiritu, ad hæc omnia percipienda os est aptis- simū, quod adiunctis naribus spiritu augetur. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & mollitur cibus. Eo- rum aduersi acuti mortu diuidūt escas, intimi autem conficiunt, qui Genuini vocantur. quæ cōfēctio etiam a lingua adiuuari videtur. Lin- guam autē ad radices eius hærens excipit sto- machus, quo primū illabuntur ea quæ accepta sunt: & oris vtracq; ex parte tonsillas attingēs, palato extremo atq; intimo terminatur. Atq; is agitatione & motibus linguae quum depul- sum & quasi detrusum cibum accepit, depel- lit. Ipsius autem partes cæ quæ sunt infra quā id quod deuoratur, dilatantur: quæ autē supra, contrahuntur. Sed quū aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adiunctū linguae radicibus paulo supra quam ad linguā stomachus annexetur, eaq; ad pulmones vscq; pertineat, excipiatis animam, ea qua eductus fit spiritus, eaq; a pulmonibus respiret & red- dat, tegitur quasi quodam operculo: quod ob quam causam datum est, nisi q; si in eam cibi forte incidissent, spiritus impediretur? Sed quū alii natura subiecta stomacho, cibi & potionis fit receptaculum, pulmones autem & cor ex- trinsecus spiritū adducant, in alio multa sunt mirabiliter effecta, quæ constant fere ex ner- vis. Est autem multiplex & tortuosa, arcetq;

& continet, siue illud aridum est, siue humidū, quod recipit, vt id mutari & concoqui facile possit, eaq; tum astringitur, tum relaxatur, atque omne quod acceperit, cogit & confundit, vt facile & calore quem multum habet exterendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta atq; confecta in reliquā corpus diuidantur. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongijs mollitudo, ad hauriendum spiritum apertissima, qui tum se contrahunt asperantes, tum se spiritu dilatāt, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animalentes. Ex intestinis autem & alio secretus a reliquo cibo succus is quo alimus, permaneat ad secur per vias quasdam a medio intestino usq; ad portas iecoris. Sic enim appellant ductas & directas vias, quæ pertinent ad iecur, etq; adhærent. Atq; inde aliæ ad renes pertinentes sunt, per quas cadit cibus a fecore delapsus. Ab eo cibo quum est secreta bilis, ijq; humores qui e renibus profundūt, reliqua se in sanguinem vertunt, ad easdemq; portas iecoris confluunt, ad quas omnes eius viæ pertinent: per quas lapsus cibus ex hoc ipso loco in eam venam que caua appellatur, confundit, perque eam auctor coniectus iam coctusque perlabilis. A corde autem in totum corpus distribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes. Quemadmodum autem reliquie cibi depellantur, tum astringentibus se

intestinis, tum relaxantibus, haud sane difficile dictu est, sed tamē prætereundū est, ne quid habeat iniucunditatis oratio. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum, ex eaq; pars redditur respirādo, pars concipitur cordis parte quadam quem ventrīculum cordis appellat. Cui similis alter adiunctus est, in quæ sanguis a fecore per venam iliam cauam influit. Eoq; modo ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Vtræq; autem crebre multæq; toto corpore intextæ vim quandam incredibilem artificiosi operis diuiniq; testantur. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles cōmissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiēdos accommodatas, & ad motum, & ad omnē corporis actionem? Huc adde neruos, a quibus artus continentur, eorumq; implicationem corpore toto pertinentem: qui sicut venæ & arteriæ a corde trahi & profecti in corpus omne ducuntur. Ad hanc prouidentiā naturæ tam diligentem tāq; ioliterem, adiungi multa possunt, ex quibus intelligatur quæ res hominibus a diis, q; eximis tributæ sunt. Quæ primū eos humo excitatos, celsos & rectos constituit, vt deorū cognitione cœli intuetes capere possent. Sunt enim ex terra homines nō vt incolæ & habitatores

sed quasi spectatores superarū rerum atq; cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animatū pertinet. Sensus autē interpres ac nuncij rerum, in capite tanquam in arce mirifice ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Nam oculi tanquam speculatores altissimū locum obtinent, ex quo plurima cōspicientes, fungātur suo munere. Et aures quū sonum recipere debeāt, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collatæ sunt. Itēq; nares, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt: & q; cibi & potionis iudicium magnum earum est, non sine causa vicinitatē oris secutæ sunt. Iam g̃ status, qui sentire eorum quibus vescimur genera deberet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore aquabiliter fatus est, vt omnes iectus, omnēsc̃p nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Atque vt in ædificijs architecti auertūt ab oculis naribusq; dominorū ea quæ profluentia necessario terti essent aliquid habitura, sic natura res similes procul amadauit a sensibus. Quis vero opifex pr̃ter naturam, qua nihil potest esse callidius, tantam soletiā persequi potuisset in sensibus, quæ primū oculos membranis tenuissimis ṽsluit & sepsit, quas primū perlucidas fecit, vt per eas cerni posset: firmas autem, vt contineantur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, vt

& declinarent si quid noceret, & aspectū quo vellent facile conuerterent. Aciesque ipsa quæ cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt ea quæ nocere possint, facile vitet: palpebreq; quæ sunt tegmēta oculorum mollissime, tactu ne lāderent aciem, aptissime factæ, & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad ape, riendas: idq; prouidit, vt identidem fieri posset cum maxima celeritate. Munitæq; sunt palpebre tanquā vallo pilorū, quibus & apertis oculis si quid incideret repelleretur, & somno conniuentibus, quum oculis ad cernēdum nō egeremus, vt tanquā inuoluti quiescerent. Latent præterea utiliter, & excelsis vndique partibus sepiuntur. Primum enim superiora supercilijs obducta sudorem a capite & fronte defuentem repellunt. Genę deinde ab inferiore parte tutantur, subiectæ, leviterq; eminentes. Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis intersectus esse videatur. Auditus autē semper patet, eius enim sensu etiam dormientes egemus, a quo quū sonus est acceptus, etiam ex somno excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directū pateret. Provisum etiam, vt siqua minima bestiola conaretur irrumpere, in foribus aurium tanquam inviso inh̃resceret. Extra autem eminent quæ appellantur aures, & tegendi causa factæ, tandemq; sensus, & ne adiectæ voces laberentur atq; errarent prius quam sensus ab his pulsus

esset. Sed duros & quasi corneolos habent int'roitus, multisque cum flexibus, q̄ his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornu: & ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. Si militer nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas quod noceat possit peruidere: humoremq; semper habet ad puluerem multaq; alia depellenda non inutilem. Gustatus præclare septus est, ore enim cōtinetur, & ad vsum apte, & ad incolumitatis custodiā. Omnisq; sensus hominū multo antecellit sensibus bestiarum. Primum enim oculi in his artibus quarum iudicium est oculorū, in pictis, si. Etis, cælatiſq; formis, in corporū etiam motione atq; gestu multa cernunt subtilius, colorum etiam & figurarū tum venustatem atq; ordinem, & (vt ita dicam) decentiā oculi iudicant, atq; etiā alia malora. Nam & virtutes & vitia cognoscunt, iratum, propitiū, lētantem, dolentem, fortē, ignauū, audacem timidiq; cognoscunt. Auriumq; item est admirabile quoddā artificiosumq; iudiciū, quo iudicatur & in vocis & in tibiarum neruorumq; cantibus varietas sonorum, inter uila, distinctio, & vocis genera permulta, canorum, fuscum, leue, asperū, graue, acutum, flexibile, durum, quæ hominū solū auribus iudicātur. Nariūq; item & gustandi, & arte tāgendi magna iudicia sunt, ad quos

sensus capiendos & perfruendos plures etiam quam vellem artes reperte sunt. Perspicuum est enim quo compositiones vnguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. Iam vero animū ipsum, mentemque hominis, rationem, cōsilium, prudētiam, qui non diuina cura perfecta esse perspicit, his ipsis rebus mihi videtur care. de quo dum disputarem, tuam mihi dari velim Cotta eloquentiam. Quo enim tu illa modo dicres: quanta primum intelligentia, deinde cōsequentium rerum cum primis coniunctio & comprehensio esset in nobis, ex quo videlicet quid ex quibusque rebus efficiatur, idque ratione cōcludimus, singulasque res definitivimus, circumscripteque complectimur. Ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, qualis sit, qua ne in deo quidem est res villa præstantior. Quanta vero illa sunt, quæ vos Academicī infirmatis & tollitis, quod & sensibus & animo ea quæ extra sunt percipimus atque comprehendimus? Ex quibus collatis inter se & comparatis artes quoq; efficiimus, partim ad vsum vitæ, partim ad oblectatio nem necessarias. Iam vero domina rerum (vt vos soletis dicere) eloquendi vis quam est præclara, quamque diuina? quæ primum efficit, vt ea quæ ignoramus, discere, & ea quæ sci mus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consola-

mur afflitos, haec deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasq; restinguimus, haec nos iuris, legum, vrbium societate deuinxit, hec a vista immani & fera segregauit. Ad usum autem orationis incredibile est, ubi diligenter attenderis, quanta opera machinata natura sit. Primum enim a pulmonibus arteria usque ad os intimū pertinet, per quam vox principium a mente dicens, percipitur & funditur. Deinde in ore sita lingua est finita dentibus. ea vocem immoderata profusam singit & terminat, que sonos vocis distinctos & pressos efficit, quū & ad dentes & ad alias partes pellit oris. Itaq; plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus, his quæ ad neruos resonat in catibus. Quām vero aptas, quamq; multarū artium ministras manus natura homini dedit: Digitorum enim contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles commissuras & artus, nullo in motu laborat: itaq; ad pingendum, fingendum, ad scalpedum, ad neruorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione digitorū. Atq; hæc oblectationis, illa necessitatis: cultus dico agrorum, extractionesq; tectorum, tegumenta corporum, vel texta, vel suta, omnemq; fabricam æris & ferri. Ex quo intelligitur adiueta animo, percepta sensibus, exhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, ut tecti, ut vesti-

ti, ut salvi esse possimus, vrbes, mutos, domicilia, delubra haberemus. Iam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas inuenitur & copia. Nam & agri multa fertur manu quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati: & præterea vescimur bestijs & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo: efficimus etiam domitu nostro quadrupedū vectio[n]es, quorum celeritas atq; vis nobis ipsis asserta vim & celeritatem. Nos onera quibusdam bestijs, nos iuga imponimus, nos elephantorū acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur. Nos ex terra cauernis ferrum elicimus, rem ad colēdos agros necessariam. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad usum aptas, & ad ornatum decoras. Arborum autem colectione omnique materia & culta & sylvestri partim ad calefaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandū cibum vtimur, partim ad ædificandum, ut tectis septi frigora caloresq; pellamus. Magnos vero usus assert ad nauigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes vndiq; ad vitam copiæ: quæq; res violentissimas natura genuit, earum moderationē nos soli habemus maris atq; ventorum, propter nauticas rerum scietiam, plurimisq; maritimis rebus fruimur atque vtimur. Terrenorum item cōmodorum omnis est in homine dominatus:

## DE NATVRA DEORVM

nos campis, nos montibus fruimur: nostri sunt amnes, nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores, nos aquarum inductionibus terris fœcū ditatem damus, nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus, nostris deniq; manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conatur. Quid vero hominum ratio: non in cælum vsque penetrauit? Soli enim ex animantibus nos astrorū ortus, obitus, cursusq; cognovimus. ab hominū genere finitus est dies, mēsis, annus, defectiones Solis & Lunæ cognitæ, prædictæq; in omne posterum tempus, quæ, quantæ, quādo futuræ sint. Quæ contuens animus accipit ab his cognitionem deorū, ex qua oritur pietas, cui cōiuncta iustitia est, reliquæq; virtutes, ex quibus vita beata existit par & similis deorū, nulla alia re nisi immortalitate, quæ nihil ad bene viuendum pertinet, cedens cælestibus. Quibus rebus expositis, satis docuisse videor, hominis natura quanto omnes anteiret animantes. Ex quo debet intelligi, nec figuram situmq; mēbrorum, nec īgenij mensilq; vim tale effici potuisse fortuna. Restat ut doceam, atq; aliquādo perorem, omnia quæ sint in hoc mundo, quibus vtatur homines, hominum causa facta esse & parata. Principio ipse mēdus deorum hominumq; causa factus est: quæq; in eo sunt, ea parata ad fructum hominum & inuenta sunt. Est enim mēdus quasi communis deorum atq; hominum domus: aut

LIB. II.

66

vbis vtrorumq;. soli enim ratione vtentes, iure ac lege viuunt. Ut igitur Athenas & Lacedæmonem Atheniensium Lacedæmoniorumque causa putandum est ciuitates conditas esse, omnianiq; quæ sunt in his vrbibus, eorum populos recte esse dicuntur, sic quecunq; sunt in omni mundo, deorum atq; hominum putasda sunt. Iam vero circuitus Solis & Lunæ, reliquorumq; siderum, quāquam etiam ad mundi coherentiam pertinent, tamē & spectaculum hominib; præbent. Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem solertiāmq; præstantior. Eoru enim cursus dimiti, maturitates temporū, & varietates mutationesque cognouimus: quæ si hominib; solis nota sunt, hominū causa esse facta iudicadum est. Terra vero foeta frugibus, & vario leguminum genere, quū maxima largitate fundit ea, ferarum ne, an hominum causa gignere videtur? Quid de vitibus oliuetisq; dicam: quarum uberrimi lætissimiq; fructus nihil omnino ad bestias pertinet. Nec enim serendi, neq; coleendi, nec tēpestiue demetendi percipiendiq; fructus, neq; condendi ac reponendi vlla pecudū scientia est: earumq; omniiū rerum hominū est & usus & cura. Ut h̄des igitur & tibias eorum causa factas dicēdum est, qui illis vti possunt, sic ea quæ diximus, solis confitendum est esse parata qui vtuntur. Nec si quæ bestiæ furātur aliquid ex his aut rapiunt, illatum quoq; cau-

i ii

sa ea nata esse dicimus. Neque enim homines murium aut formicarum causa frumentū con dunt, sed coniugum & liberorum, & familiarū suarum. Itaq; bestiæ furtim vt dixi fruuntur, domini palam & libere. hominū igitur causa eas rerum copias comparatas fatēdū est. Ni forte tanta vbertas & varietas pomorum , eo rumq; iucundus non gustatus lolum, sed odo tatus etiam & aspectus , dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donauerit: tan tumq; abest vt hæc bestiarū etiam causa pa rata sint, vt ipsas bestias hominū gratia ge neratas esse videamus. Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis atq; cō textis, homines vstantur? quæ quidem neq; ali, necq; sustentari , necq; vllum fructum edere ex se sine cultu hominū & curatione potui sent. Canum vero tam fida custodia , tamque amans dominorū adulatio, tātumq; odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandū sagacitas narium, tanta a'acritas in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominū com moditates esse generatos? Quid de bibus lo quar? quorum ipsa terga declarant nō esse ad onus accipiendī figurata, cervices autem na tæ ad iugum, tum vires humerorum & latitu dines ad aratra extrahenda: quibus quum ter ræ subigerentur fissione glebarum ab illo au reo genere, vt poeta loquuntur , vis nulla vn quam afferebatur. Ferrea tum vero proles ex'

orta repente est, Ausaque funestum prima est fabricarier ensem , Et gustare manu vinctum domitumq; iuencum . Tanta putabatur vti litas percipi ex bubus, vt eorum visceribus ve sci scelus haberetur. Lögum est mulorum per sequi vtilitates & asinorum, quæ certe ad homi num vsum paratae sunt . Sus vero quid habet præter escam: cui quidem, ne putresceret, ani mam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysip pus. Qua pecude, quod erat ad vescendum ho minibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Quid multitudinem suavitatemq; piscium di cam: quid avium? ex quibus tanta percipitur voluptas, vt interdum Proncea nostra Epicurea fuisse videatur. Atq; hæ ne caperetur quidem nisi hominum ratione atq; solertia quā quam aues quasdam & alites & oscines, vt no stri augures appellant, tertii augurandū cau sa esse natas putamus. Iam vero immanes & feras belluas nanciscimur venando, vt & vesca mur his, & exerceamur in venando ad similitu dinem bellicę discipline, & vt amur domitis & condocefactis, vt elephātis, multaq; ex earum corporibus remedia morbis & vulneribus elia gamus, sicut ex quibusdā stirpibus & herbis, quarum vtilitates longinqui temporis vsu & periclitatione perceperimus . Totam licet ani mis tanquam oculis lustrate terram , mariacq; omnia cernere, iam spatia frugifera atque im mensa camporum, vestitusq; dēlissimos mon

tium, pecudum pastus, tum incredibilis cursus maritimos celeritate. Nec vero tantum supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas, quae ad usum hominum orta, ab hominibus solis inuenitur. Illud vero quod veteris vestrum fortasse arripiet ad reprehendendum: Cotta, quia Carneades libenter in Stoicos inuehebatur: Velleius, quia nihil tam irridet Epicurus, quam praedicationem rerum futurarum: mihi videtur vel maxime confirmare, deorum prouidentia consuli rebus humanis. Est enim profecto diuinatio, que multis locis, rebus, temporibus apparet, tum in priuatis, tum maxime publicis. Multa certunt Aruspices, multa Augures prouident, multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis: quibus cognitis, multe saepe res hominum sententia atque utilitate partae, multa etiam pericula despulsa sunt. Haec igitur siue vis, siue ars, siue natura, ad scientiam rerum futurarum homini profecto est, nec ab alio aitcul, quam a diis immortalibus data. Quae si singula vos forte non mouent, vniuersa certe tamen inter se conexa atque coniuncta mouere debebunt. Nec vero vniuerso generi hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consuli & prouideri solet, licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. Nam

Si omnibus hominibus qui vbique sunt, quaeunque in ora ac parte terrarum ab huiusc terra quam nos incolimus continuatione distantium, deos consulere censemus ob has causas quas ante diximus, his quoque hominibus consulunt, qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. Sin autem consulunt ihs, qui quasi magna quandam insulam incolunt, quam nos orbem terrae vocamus, etiam illis consulunt, qui partes eius insulae teneant, Europam, Asiam, Aphricam. Ergo & earum partes diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum, & earum urbium separatim ab vniuersis singulos diligunt, ut Pyrrhi bello Curium, Fabricium, Coruncanum, primo Punico Calatinum, Duellum, Metellum, Lucretium: secundo Maximum, Marcellum, Aphricanum, post hos Paulum, Gracchuni, Catonem: patru vero memoria Scipionem, Lelium. multosque preterea & nostra ciuitas & Graeca tulit singulares viros, quo in neminem nisi iuuante deo tales fuisse credendū est. Quae ratio poetas, maximeque Homerū impulit, ut principibus Heroum Vlyssi, Diomed, Agamēnoni, Achilli certos deos discriminum & periculorum comites adiungeret. Preterea ipsorum deorum saepe presentie, quae supra commemoraui, declarant ab his & civitatibus & singulis hominibus consuli. Quod quidē intelligitur etiam significationibus re-

rum futurorum, quæ tum dormientibus, tum vigilantibus portenduntur. Multa præterea ostentis, multa in extis admonentur, multisq; rebus alijs, quas diuturnus v̄lus ita notauit, vt artem diuinationis efficeret. Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflato diuinio vñquā fuit. Nec vero ita refellendum est, vt si segetibus vel vinetis cuiuspiam, tempestas nocuerit, aut si quid e vitæ commodis casus abstulerit, eum cui quid horum acciderit, aut inuisum deo, aut neglectum a deo iudicemus. Magna dij curant, parua negligunt: magnis autem viris prospere eueniunt semper omnes res. Siquidem satis a nostris, & a principe philosophiaæ Socrate dictum est de vberatibus virtutis & copijs. Hæc mihi fere in mētem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. Tu aurem Cotta si me audias, eandem causam agas, teque & principem ciuem, & pontificem esse cogites. Et quoniam in vtramque partem vobis licet disputare, hanc potius sumas, eam, que facultatem differendi, quam tibi a Rhetoriciis exercitationibus acceptam amplificauit Academia, potius huc conferas. Mala enim & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fit, siue simulate.

M. T. C. DE NATVRA  
DEORVM LIBER III.

Væ quum Balbus disisset, tu arridēs Cotta, Sero, inquit, mi Balbe, præcipis quid defendam. Ego enim te disputante, quid contradicere, mecum ipse meditabar, neq; tam refellendi tui causa, q; ea quæ minus intelligebam requirendi. Quum autem suo cuiq; iudicio sit vntendum, difficile factu est me id sentire quod tu velis. Hic Velleius, Nescis, inquit, quanta cum expectatio ne Cotta sim te auditurus. Iucundus enim Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit. Præbebo igitur me tibi vicissim attentū cōtra Stoicos auditorem. Spero enim te, vt soles, bene paratum venire. Tu Cotta. Si mehercule inquit, Vellei, neq; enim mihi par ratio cū Luccio est, ac tecum fuit. Qui tandem? inquit ille. Quia .nihi videtur Epicurus vester de diis immortalibus non magnopere pugnare, tantummodo negare deos esse non audet, ne quid inuidiae subeat aut criminis. Quum vero deos nihil agere, nihil curare confirmat, membrisq; humanis esse præditos, sed eorum membrorū vñsum nullum habere, ludere videtur, satisque

putare si dixerit esse quandā beatam naturam & æternam. A Balbo autem animaduertisti credo q̄ multa dicta sint, quanquā etiam si mis-  
nus vera, tamen apta inter se & cohærentia.  
Itaque cogito, vt dixi, non tam refellere eius rationem, q̄ ea quæ minus intellexi, requirere.  
Quare Balbe tibi permitto, respondere ne mihi malis de singulis rebus quærenti ex te ea quæ parum accepi, an vniuersam audire orationem meam. Tum Balbus, Ego vero si quid explanari tibi voles, respondere malo. Sin me interrogare non tam intelligendi causa q̄ refellendi, ytrū voles faciam, vel ad singula quæ requires statim respondebo, vel quum petoraris, ad omnia. Tum Cotta, Optime, inquit: quamobrem sic agamus, vt nos ipsa dicit oratio. Sed antequā de re, pauca de me. Non enim mediocriter moueor auctoritate tua Balbe, orationeç ea quæ me in perorādo cohortabatur, vt meminisse me & Cottā esse, & pótissimē. Quod eo credo valebat, vt opiniones quas à maioribus accepimus de dijs immortalibus, facra, ceremonias, religione sc̄p̄ defendere. Ego vero eas defendam semper, semperq̄ defendi, nec me ex ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vlli usvn̄ quam oratio aut docti aut indocti mouebit. Sed quum de religione agitur, T. Corūcanum, P. Scipionem, P. Sc̄uolam pontifices maximos, non Zenonē, non Cleanthem aut Chrysostomos,

sippum sequor, habeoq; C. Lælium augurem eundemq; sapientem, quem potius audīa dicentem de religione in illa oratione nobilit, q̄ quenquā principem Stoicorum. Quūq; omnis populi Romani religio in sacra & auspicia divisa sit, tertium adiunctum sit, si quid prædictiōnis causa ex portentis & monitis Sibyllæ interpretes Aruspices sive monuerunt: harū ego religionum nullam vñquam contemnendam putauī, mihiq; ita persuasi, Romulum auspicis, Numam sacrī constitutis fundamenta tecisse nostræ ciuitatis, quæ nunquam profecto sine summa placatione deorum immortalium tanta esse potuisse. Habet Balbe quid Cotta, quid pontifex sentiat. Fac nunc ergo intelligam quid tu sentias. à te enim philosopho rationem accipere debeo religionis, maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita credere. Tum Balbus, Quam igitur à me rationem, inquit, Cotta desideras? Et ille. Quadripartita, inquit, fuit diuīsio tua. Primum, vt velles docere deos esse. Deinde quales essent. Tum ab his mundum regi. Postremo consulere eos rebus humanis. Hęc, si recte mensini, partitio fuit. Rectissime, inquit, Balbus: sed expecto quid requiras. Tum Cotta. Primum quidque videamus, inquit, & si id est primum, quod inter omnes nūli admodum implos conuenit, mihi quidem ex animo exire non potest esse deos. Id tamen

ipsum, quod mihi persuasum est, esse deos, auctoritate maiorum cur ita sit, nihil tu me doces. Quid est, inquit Balbus, si tibi persuasum est, cur a me velis discere? Tu Cotta, quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quia si nihil vnuqā audierim de dijs immortalibus, nihil cogitauerim. Rudē me & integrū discipulum accipe, & ea quæ requiro doce. Dic igitur, inquit, quid requiras. Ego ne primum illud, cur qui id perspicuū in istam partem negere quidē oratione dixisses, quod̄ esset perspicuum, & inter omnes constaret, de eo ipso tam multa dixeris? Quia te quoq; inquit, an̄ maduerti Cotta s̄xpe quum in foro diceres, q̄ plurimis posses argumentis onerare iudicem, si modo eam facultatem tibi daret causa. atq; hoc idem & philosophi faciunt, & ego, vt potui, feei. Tu autem qui id queris, similiter facis, ac si me roges cur te duobus contuear oculis, & non altero contuear, quū idem vno assequi possim. Tum Cotta, Quam simile istud sit, inquit, tu videris. Nā ego necq; in causis si quid est cūdēns de quo inter omnes conueniat, argumentari soleo: (perspicuitas enim argumentatione leuatur) nec si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Cur contuerteris autē altero oculo, causa non esset, quum idem obtutus esset ambo rum, & quum retū natura, quam tu sapientem esse vis, duo lumina ab animo ad oculos per-

fotata nos habere voluissēt. Sed quia non confidebas tam esse id perspicuum, quām tu veiis, propterea multis argumentis deos esse deos cere voluisti. Mihi enim vnu satis erat, ita nobis maiores nostros tradidisse. Sed tu auctoritates contemnis, ratione pugnas. Patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere. Affers hāc omnia argumenta cur dij sint, res que mea sententia minime dubiam, argumentando dubiam facis. Mandaui enim memorie non numerum solum, sed etiam ordinem argumentorum tuorum. Primum fuit, quum cælum suspexerimus, statim nos intelligere esse aliquod numen, quo hāc regatur. Ex hoc illud etiam Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iouem. Quālī vero quisquam nostrum istum potius quam Capitolinum, Iouem appellat: aut hoc perspicuum sit, constet que inter omnes, eos esse deos quos tibi Velseius multiq; præterea ne animantes quidem esse concedant. Graue etiam argumentum tibi videbatur, q; opinio de dijs immortalibus & omnium esset, & quotidie cresceret. Placet igitur tantas res opinione stultorum iudicari vobis, præsertim qui illos insanos esse dicatis! Atenum praesenteis videmus deos, vt apud Regillum Posthumius, in Salaria Vacienus, nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram prælio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est homines homine natos, & quos Ho

merus, qui recens ab illorum ætate fuit, sepul-  
tos dicit Lacedæmone, eos tu canterijs albis  
nullis calonibus obuiam Vacieno venisse exi-  
stimas, & victoriam Po. R.o. Vacieno potius  
homini rustico q. M. Catoni qui tū erat prin-  
ceps, nunciauistis! Ergo & illud in silice, quod  
hodie apparet apud Regillum tāquam vesti-  
gium vngulæ Castoris equi credis esse? Non  
ne mauis illud credere, quod probari potest,  
animos præclarorum hominū, quales isti i Tyn-  
daridæ fuerunt, diuinos esse & æternos, quam  
eos qui semel cremati essent, equitare, & in  
acie pugnare potuisse? Aut si hoc fieri potuisse  
se dicis, doceas oportet quo modo, nec fabel-  
las aniles proferas. Tum Lucilius, An tibi,  
inquit, fabellæ videntur? Nōne ab Aulo Post-  
humio ædem Castori & Polluci in foro dedi-  
catam? nonne senatusconsultum de Vacieno  
vides? Nam de Sagra Græcorum etiā est vul-  
gare proverbiū: quæq; affirmant, certiora eis  
se dicunt, quam illa quæ apud Sagram. His  
igitur auctoribus nōne debes moueris? Tum  
Cotta, Rumoribus, inquit, mecum pugnas Bal-  
be, ego autem a te rationes requireo. Sequun-  
tur quæ futura sunt: effugere enim nemo id po-  
test, quod futurum est. Sæpe autē ne vtile est  
quidem seire quid futurum sit. Misérum est  
enim nihil proficentē angi, nec habere ne spei  
quidem extremū, & tamē commune solariū;  
præsertim quum vos ijdem fato fieri dicatis

omnia: quod autem semper ex omni æternita-  
te verum fuerit, id esse fatū. Quid igitur iuvat,  
aut quid affert ad cauendū, scire aliquid futu-  
rum, quum id certe futurū sit? Vnde porro ista  
diumatio: quis inuenit fissum iecoris? quis cor-  
nicis cantum notauit? quis sortes? Quibus ego  
credo, nec possum Accij Nauli, quem comme-  
morabas lituum contemnere. Sed qui ista in-  
telligenda sunt, à philosophis debeo discere,  
præsertim quum isti plurimis de rebus diui-  
nis mentiuntur. At medici quoq; ita enim di-  
cebas) sæpe falluntur. Quid simile medicina,  
cuius ego rationē video, & diuinatio, quæ vn-  
de oriatur nō intelligo? Tu autem etiā Decio-  
rum deuotionibus placatos deos esse censes.  
Quæ fuit eorum tāta iniquitas, vt placari Po.  
Romano nō possent, nīli viti tales occidissent?  
Consilium illud imperatorum fuit, quod Gre-  
ci spartanæ appellant, sed eorum impe-  
ratorum, qui patriæ consulerent, vitæ non  
parcerent. Rebant enim fore, vt exercitus  
imperatorem equo incitato se in hostes im-  
mittētem persequeretur: id quod evenit. Nam  
Fauni vocem equidem nunquam audiui: tibi,  
si audiuisse te dicis, credā, et si Faunus omni-  
no quid sit, nescio. Non igitur adhuc, quan-  
tum quidem in te est Balbe, intelligo deos es-  
se: quos equidem credo esse: sed nihil docent  
Stoici. Nam Cleanthes, vt dicebas, quatuor  
modis formatas in animis hominum putat

deorū esse notiones. Vnus is modus est de quo satis dixi, qui est suscep̄tus ex præsensione rerum futurarū. Alter ex perturbationibus tempestatum, & reliquis motibus. Tertius ex cōmoditate rerum quas percepimus, & copia. Quartus ex astrorum ordine, cælique constantia. De præsensione diximus: de perturbationibus cælestibus, & maritimis, & terrenis, non possumus dicere, quum ea fiant, non esse multos qui illa metuant, & a dijs immortalibus fieri existiment. Sed non id quæritur, sint ne aliqui qui deos esse putent: Dijs vtrum sint nec ne sint, quæritur. Nam reliquæ causæ quas Cleanthes affert, quarum vna est de commodorum quæ capimus copia, altera de temporum ordine, cælique constantia, tum tractabuntur a nobis, quum disputationis de prouidentia deorum, de qua plurima a te Balbe dicta sunt: eodemq; illa etiā differemus, quod Chrysippum dicere aiebas, quoniam esset aliquid in rerum natura quod ab homine effici non possit, esse homine aliquid melius: quęq; in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, & quū totius mundi conuenientiā cosensumq; afferebas, Zenonisq; breves & acutulas conclusiones in eam partem sermonis quam modi dixi, differemus. Eodemq; tempore illa omnia quę a te physice dicta sunt, de vi ignea, deq; eo calore ex quo omnia generari diccas, loco suo quærentur: omniaq; quę a te nudius,

tertius dicta sunt, quum docere velles deos esse: quare & mūdus vniuersus, & Sol, & Luna, & stellę sensum ac mentem haberent, in idem tempus reseruabo. A te autem illud etiam atq; etiam quæram, quibus rationibus tibi persuadeas deos esse. Tum Balbus. Evidēt at tulisse rationes mihi videor: sed eas tu ita refelis, vt quum me interrogaturus esse videare, & ego me ad respondendum compararim, respondeat auertas orationem, nec des respondendi locum. Itaq; maximæ res tacite præterierunt, sic diuinatione, de fato: quibus de questionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere: sed ab hac questione quę nūc in manibus est, separatur. Quare, si videtur, noli age confuse, vt hoc explicemus hac disputatione quod quæritur. Optime, inquit, Cotta. Itaque quoniam quatuor in partes totā questionem diuisisti, de prima quidem diximus, consideremus secundam, quę mihi talis videtur fuisse, vt quum ostendere velles quales dijesent, ostenderes nullos esse. A consuetudine enim oculorum animū abducere difficultissimum dicebas: sed quum deo nihil præstantius esset, non dubitabas quin mundus esset deus, modo quo nihil in rerum natura melius esset, modo possemus eum animatē cogitare, vel potius vt cetera oculis, sic animo hoc cernere. Sed quā mundo negas quicquam esse melius, quid dicas melius? Si pulchrior, assentior: si aptius ad uti,

litates nostras,id quoq; assentior.Si autem id dicis,nihil esse mundo sapientius,nullo modo prorsus assentior.Non quod difficile sit mentem ab oculis euocare: sed quo magis euoco, eo minus id quod tu vis possum mente cōp̄e, hendere.Nihil est mundo melius in rerum na-  
tura, ne in terris quidem vrbe nostra. nū igi-  
tur idcirco in vrbe esse rationem,cogitationē,  
mentem putas? aut quoniam non sit, num id  
circo existimas formicam anteponendam es-  
se huic pulcherrimā vrbi,quod in vrbe sensus  
sit nullus,in formica non modo sensus,sed etiā  
mens,ratio,memoria! Videre oportet Balbe,  
quid tibi concedatur, non teipsum quod velis  
sumere.Iustum enim locum totū illa vetus Ze-  
nonis breuis,& vt tibi videbatur,acuta cōclu-  
sio dilatauit.Zeno enim ita concludit: Quod  
ratione vtitur,melius est q; id quod ratione nō  
vtitur:nihil autē mundo melius:ratione igitur  
mundus vtitur. Hoc, si placet,iām efficies, vt  
mundus optime librū legere videatur.Zeno  
nis enim ivestigijs hoc modo rationem poteris  
concludere,quod literatū est, id esse melius q;  
quod non est literati.nihil autem mundo me-  
lius.literatus igitur est mūdus.Isto modo etiā  
disertus,& quidem mathematicus, musicus,  
omni deniq; doctrina eruditus,postremo phi-  
losophus erit mundus.Sæpe dixi nihil fieri li-  
ne deo,nec villam vim esse naturæ,vt sui dis-  
simillima posset effingere.Concedo nō modo

animantem & sapiērem esse mundū, sed fidi-  
cinem etiam & tibicinem, quoniā earū quoq;  
artium homines ex eo procreantur. Nihil igit  
tur affert pater iste Stoicorū, quare mundum  
ratione vti putemus,nec cur animantem qui-  
dem esse. Non est igitur mūdus deus, & tame-  
nihil est eo melius:nihil est enim eo pulchrius,  
nihil salutarius, nihil nobis ornatius aspectu,  
motuq; constantius.Quod si mundus vniuers-  
sus non est deus,ne stellę quidē,quas tu innu-  
merabiles in deorum numerore ponebas,qua-  
rum te cursus æquabilcs æterniq; delectabat,  
nec mehercule iniuria.Sunt enim admirabili  
incredibilq; cōstantia. Sed non omnia Balbe  
qua cursus certos & cōstantes habent,vel ser-  
uant,ea deo potius q; naturæ tribuenda sunt.  
Quid Chalcidico Euripo in motu identidem  
reciprocadū putas fieri posse cōstantius? Quid  
fretō Siciliēsi? Quid Oceani feruore illis in lo-  
cis,Europam Libyamq; rapax vbi diuīdit vna-  
da? Quid æstus maritimi vel Hispaniēses,vel  
Britannici,eorūq; certis temporibus vel acces-  
sus,vel recessus,sine deo fieri nōne possunt? Vi-  
de quæso,si omnis motus,omniq; quæ certis  
temporibus ordinem suum conseruat,diuina  
dicimus, ne tertianas quidem febres & quat-  
tanias diuinās esse dicendū sit, quarum rever-  
sione & motu quid potest esse cōstantius? Sed  
omniū talū rerū ratio reddenda est:quod vos  
quum facere non potestis,tanq; in aram cons-

fugitis ad deum. Et Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus & callidus. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur. Callidos autem, quorū tamquam manus opere, sic animus vsu concalluit. Is igitur, si aliquid est, inquit, quod homo efficere non possit, quicquid id efficit, melius est homine. Homo autem hæc quæ in mundo sunt, efficere non potest. Qui potuit igitur, is præstat hominī. Homini autem præstare quis possit nisi deus? Est igitur deus. Hæc omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore versantur. Quid enim sit melius, quid præstabilius, quid inter naturam & rationem intersit, non distinguitur. Idemq; si dei non sint, negar esse in omni natura quicquam hominem melius: id autem putare quenquam hominem, nihil homine esse melius, summae arrogantiae censet esse. Sit sane arrogantis, pluris se putare quam mundum: at illud nō modo non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere se habere sensum, & rationem, & orationem, hæc eadem & caniculam non habere. Et si domus pulchra sit, intelligamus eam dominis, inquit, ædificatam esse, non muribus. sic igitur mundum deorum deorum existimare debemus. Ita prorsus existimarem, si illum ædificatum, non, quemadmodum docebo, à natura conformatum putarem. Atcñm querit apud Xenophontem Socrates, vnde anima atripuerimus, si nullus

fuerit in mundo deus. Et ego quæro, vnde orationem, vnde numeros, vnde cantus. nisi vero loqui Solem cum Luna putamus, quum prius accesserit: aut ad harmoniam canere mundum, vt Pythagoras existimat. Naturæ ista sunt Balbe, naturæ non artificiose ambulatis, vt ait Zeno, (quod quidem quale sit, iam videbimus) sed omnia carentis & agitantis motibus & mutationibus suis. Itaq; illa mihi placebat oratio de conuentia consensuq; naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. Illud non probabam, quod negabas id accidere potuisse, nisi ea uno diuino spiritu cōtinerentur. Illa vero coheret & permaneret naturæ viribus, non deorum, estq; in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειᾱ Græci vocant. Sed ea quo sua sponte maior est, eo minus diuina ratione fieri existimanda est. Illa autem quæ Carneades afferebat, quemadmodum dissoluitis? Si nullū corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum, corpus autem immortale nullum esse ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive non possit. Quicquid omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est quasi ferendi & patiendi necessitatem. Et si omne animal mortale est, nullum est immortale. Ergo itidē, si omne animal secari ac diuidi potest, nullum est eorum individuum, nullum æternū. Atqui omne animal

ad accipiemad vim externam & ferendā patratur est, mortale igitur omne animal & dissolubile & diuiduum sit necesse est. Ut enim si omnis cera cōmutabilis esset, nihil esset cereū quod commutari non posset, item nihil argēteū, nihil æneū, si cōmutabilis esset natura argēti & æris: similiter igitur si omnia quæ sunt ē quibus cuncta cōstant, mutabilia sunt, nullū corpus esse potest non mutabile. Mutabilia autem sunt illa, ē quibus omnia constant, vt vobis videtur: omne igitur corpus mutabile est. At si c̄st̄ corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile. Ita efficitur omne corpus mortale sit. Etenim omne corp⁹, aut aqua, aut aér, aut ignis, aut terra est, aut id quod est concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum: horum autem nihil est quod non intereat. Nā & terrenū omne diuiditur, & humor ita molīlis est, vt facile premi collidic⁹ possit: ignis vero & aér omni impulsu facilime pellitur, naturaq⁹ cedens est maxime & dissipabilis. Præterea omnia hæc tum intereunt quum in naturam aliam conviuntur: quod fit quum terra in aquam se vertit, & quum ex aqua oritur aér, & quum ex aëre æther, quumq⁹ eadem vivissim retro comeant. Quod si ea intereant & quibus constet omne animal, nullum est animal sempiternum. Et vt hæc omittamus, tam animal nullum inueniri potest, quod neque natum vñq⁹ sit, & semper sit futurū. Omne

enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, & dulcia & amara. Nec potest vlo sensu iucunda accipere, & non accipere contraria. Si igitur voluptatis sensum capit, doloris etiam capit. Quod autē dolorem accipit, id accipiat etiam interitum necesse est. Omne igitur animal confitendum est esse mortale. Præterea si quid est quod nec voluptatem sentiat, nec dolorem, id animal esse nō potest. Sin autem quod animal est, id illa necesse est sentiat, & quod ea sentiat, nō potest esse æternum, & omne animal sentit: nullum igitur animal est æternum. Præterea nullum potest esse animal, in quo non & appetitio sit, & declinationis naturalis: appetuntur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria: & omne animal appetit quædam, & fugit a quib⁹. quod autem refugit, id contra naturam est: & quod est contra naturam, id habet vim intermendi. omne ergo animal intereat necesse est. Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogiq⁹ possit, nihil esse quod sensum habeat quin id intereat. Etenim ea ipsa quæ sentiuntur, vt frigus, vt calor, vt voluptas, vt dolor, & cætera, quum amplificata sunt, interimunt: nec nullum animal est sine sensu: nullum igitur animal est æternum. Etenim aut simplex est natura animantis, vt vel terrena sit, vel ignea, vel animalis, vel humida: quod quale sit, ne intelligi quidem potest: aut concretum ex k iiiij

pluribus naturis, quarum suum quæc locum habeat, quo naturæ vi effteratur, alia infimum, alia summum, alia medium. Hęc ad quoddam tempus coherere possunt, semper autem nullo modo possunt. Necesse est enim in suū quæque locum natura rapiatur. nullum igitur animal est sempiternum. Sed omnia vestri Balbe solent ad igneā vīm referre, Heraclitum, vt opinor, sequentes, quem ipsum non omnes interpretantur vno modo, quem, quoniam quid diceret intelligi noluit, omittamus. Vos autē ita dicitis, omnium vīm esse ignem: itaq; animalis quum calor desecrit, tum interire: & in omni natura rerū id viuerc, id vigere, quod caleat. Ego autem non intelligo, quo modo calore extincto corpora intereant, non intereant humore aut spiritu amissō, præsertim quum intereant etiam nimio calore. Quamobrem id quidem commune est de calido: veruntamen videamus exitum. Ita vultis, opinor, nihil esse animal extrinsecus in natura atq; mundo preter ignem. qui magis q̄ præter animam, vnde animatiū quoq; constet animus, ex quo anima dicitur? Quomodo autem hoc quasi coeatur sumitis, nihil esse animū nisi igne? Probabilius enim videtur tale quiddā esse animū, vt sit ex igne atq; anima tēperatū. Qz si ignis ex sese ipse animal est, nulla se alia admisceat natura, quoniam is quum inest in corporibus nostris, efficit ut sentiamus, nō potest ipse esse

sine sensu: rursus eadē dici possunt. Quicquid est enim quod sensum habeat, id necesse est sensitiat & voluptatem, & dolorem: ad quem autem dolor veniat, ad eundem etiam interitum venire. Ita fit vt ne ignem quidem efficerem possetis aeternum. Quid enim: non eisdem vobis placet omnem ignem pastu indigere, nec permanere vlo modo posse nisi alatur, ali autem Solem, Lunam, reliqua astra, aquis alia dulcibus, alia marinis? Eāq; causam Cleāthes afferat, cur se Sol referat, nec lōgius progrediatur solstitiali orbe, itemq; brumali, ne longius discedat a cibo. Hoc torum quale sit, mox. Nūc autem concludatur illud: quod interire possit, id aeternum non esse natura: ignem autem interitorum esse, nisi alatur: non esse igitur natura ignem sempiternum. Qualem autem dicunt deum, intelligere non possumus nulla virtute preditum. Quid enim: prudentiam ne deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bona- rum & malarum, & nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est, nec esse potest? Quid huic opus est delectu bonorum & malorum? quid autem ratione: quid intelligentia: quibus vtimur ad eā rem, vt apertis obscura assequamur. At obscurum deo nihil potest esse. Nam iustitia quæ suum cuiq; distribuit, quid pertinet ad deos? Hominū enim societas & comunitas, vt vos dicitis, iustitiam procreauit. Temperantia autem constat ex prætermittē-

dis voluptatibus corporis : cui si locus in cælo est, est etiā voluptatibus. Nam fortis deus intelligi qui potest: in dolore, an in labore, an in periculo: quorum deum nihil attingit. Nec ratione igitur vtentem, nec virtute vila præditum deum intelligere qui possumus? Nec vero vulgi atque imperitorum inscitiam despicere possum, quem ea considero quæ dicuntur a Stoicis. Sunt enim illa imperitorum. Piscem Syrij venerantur. Omne fere genus bestiarum Aegyptij consecraverunt. Iam vero in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabādi, Tenedij Tenem: Leucotheam quæ fuit Ino, & eius Palæmōnem filium, cum Eta Græcia, Herculem & Aesculapium, Tyndaridas, Romulum nostri, aliosq; complures, quos quasi nouos & ascriptitos ciues in cælū receptos putant. Hæc igitur indocti. Quid vos philosophi, qui meliora? Omitto illa, sunt enim præclaræ, sit sane deus ipse mundus. Hoc credo illud esse sublime candens, quem inuocant omnes Iouem. Quare igitur plures adiungimus deos: quanta autem est eorum multitudo! Mihi quidem sane multi videntur. singulas enim stellas numeras deos, easque aut belluarum nomine appellas, vt capram, vt lupam, vt taurum, vt leonem: aut rerum inanimatarum, vt Argo, vt aram, vt coronam. Sed vt hæc concedantur, reliqua qui tandem non modo concedi, sed omnino intelligi possunt? Quum fui-

ges Cererem, vinum Liberum dicitur, genere nos quidem sermonis utimur visitato: sed dic quem tam amentem esse putas, qui illud quo vescatur, deum credit esse? Nam quos ab hominibus peruenisse dicis ad deos, tu redde rationem quemadmodum idem fieri potuerit, aut cur fieri desierit: & ego discam libenter. Quo modo nunc quidem est, nō video quo patet ille cui in monte Oeteo illatæ lampades fuerunt, vt ait Accius, in domum æternam patris ex illo ardore peruererit, quæ tamen Homerus conueniri apud inferos facit ab Vlysse, sicut cæteros qui excesserant vita. Quanquam quem potissimum Herculem colamus, scite sane velim. Plures enim tradunt nobis ij qui interiores scrutantur & reconditas literas, antiquissimū Ioue natum, sed antiquissimo item Ioue. Nam Ioues quoq; plures in prisca Græcorum literis inuenimus. Ex eo igitur & Lisyto est is Hercules, quem cœcertauisse cū Apolline de tripoде accepimus. Alter traditur Nilo natus Aegyptius, quem aūt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idæs dactylis, cui inferias afferunt. Quartus Iouis est, Asteriae Latonæ sororis, quem Tyrii maxime colunt, cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcmena, quem Iupiter genuit: sed tertius Iupiter: quoniam, vt iam docebo, plures Ioues etiam accepimus. Quando enim in hunc lo-

cum me deduxit oratio, docebo meliora me didicisse de colendis dijs immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit, de quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius, quam rationib[us] Stoicorum. Si enim vos sequar, dic quid ei respondeat, qui me sic roget. Si dij sunt, sunt ne etiā nymphæ deæ? si nymphæ, Panisci etiā & Satyri? H[ic] autē non sunt, ne nymphæ deæ quidem. At earum templa sunt publice vota & dedicata. Quid igitur? ne cæteri quidem ergo dij, quorum templa sunt dedicata? Age porro, Louem & Neptunum deum numeras, ergo etiam Orchus frater eorum deus, & illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Co cytus, Styx, Phlegethon: tum Charon, tum Cerberus dij putādi. At id quidem repudian dum: ne Orchus quidem igitur. Quid dicitis ergo de fratribus? Hæc Carneades agebat non vt deos tolleret: (quid enim philosopho min⁹ cōuensens?) sed vt Stoicos nihil de dijs explicare conuinceret. Itaque insequebatur. Quid enim (aiebat) si ij fratres sunt in numero deorum, num de patre eorum Saturno negari potest, quem vulgo maxime colunt ad occidentem? Qui si deus est, patrem quoque eius Cæ lum esse deum confitendum est. Quod si ita est, Cæli quoque parentes dij habendi sunt Aether & Dies, eorumque fratres & sorores, qui a genealogijs antiquis sic nominantur,

amor, dolus, metus, labor, inuidentia, fatum, senectus, mors, tenebrae, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, Parcae, Hesperides, somnia, quos omnes Erebo & nocte natos ferunt. Aut igitur hæc monstra probanda sunt, aut prima illa tollenda. Quid Apollinem, Vulcanum, Mercurium, cæteros, deos esse dices: de Hercule, Aesculapio, Libero, Castore, Polluce, dubitabis? At hi quidem coluntur æque atque illi, apud quosdam etiam multo magis: ergo hi dei sunt habendi, mortalibus nati materialibus. Quid Aristeus, qui olim inuentor dicitur, Apollinis filius, Theseus, qui Neptuni, reguli quorum patres dij sunt, non erunt in deorum numero? Quid quorum matres? opinor etiam magis. Vt enim in iure ciuili, qui est de matre libera, liber est: item iure naturæ, qui de dea matre est, deus sit necesse est. Itaq[ue] Achil lem Astypalissa insula sanctissimum colit: qui si deus est, & Orpheus & Theseus dij sunt, matre Musa nati. Nisi forte maritimæ nuptiæ terrenis anteponuntur. Si hi dij non sunt, quia nusquam coluntur, quo modo illi sunt? Vide igitur ne virtutibus hominum isti honores habentur, non immortalibus: quod tu quoq[ue] Bal be visus es dicere. Quo modo autem potes, si Latonam deam putas, Hecaten non putare, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ? An hæc quoque dea est? Vidimus enim eius aras delubraque in Græcia. Sin hæc dea est, cur non Eu-

menides! Quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, vt ego interpretor, lus<sup>s</sup> cus Furinae, Furiae deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris. Quod si tales dij sunt, vt rebus humanis intersint, Nas<sup>t</sup>io quoq<sup>s</sup> dea putanda est, cui quum fana circuimus, in agro Ardeatino rem diuinam face<sup>r</sup>re solemus: quæ quia partus matronarū tueatur, a nascētibus Natio nominata est. Ea si dea est, dij omnes illi qui cōmemorabātur a te, homos, fides, mens, concordia: ergo etiā spes, moneta, omniaq<sup>s</sup> quæ cogitatione nobis meti p̄s possumus fingere. Quod si verisimile non est, ne illud quide est, hęc vnde fluxere. Quod autem dīcis, si dij sunt illi quos colimus & accēpimus, cur non eodem genere Serapim Istimq<sup>s</sup> numeremus? Quod si facimus, cur Barbarorū deos repudiemus? Boues igitur & equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles, multas præterea belluas in deorum numerum reponemus: quæ si rejiciamus, illa quoque vnde hęc nata sunt, rejiciemus. Quid demum? Ino dea dicetur, & Leucothea a Græcis, a nobis Matuta dicetur, quum sit Cadmi filia: Circe autem, & Pasiphae, & Hesperides Oceanī filia natæ, patre Sole, in deorum numero non habebuntur! Quanquam Circen quoq<sup>s</sup> coloni nostri Circeiensēs religiose colunt. Ergo hanc deam dīcis? Quid Medeæ respondebis, quæ duobus auis, Sole & Oceano, & a p<sup>ra</sup>

tre Matridila procreata est? Quid huius Ab<sup>s</sup>yrto fratri, qui est apud Pacuvium Egialeus? Sed illud nomen veterū literis vñstatius. Qui si dij nō sunt, vñcor quid agat Ino. Hęc enim omnia ex eodē fonte fluxerunt. An Amphiaraus deus erit, & Trophonius? Nostrī quidem publicani, quum esent agti in Boētia deorū immortalium excepti lege censoria, negabant immortales esse vlos, qui aliquando homines fuissent. Sed si sunt hī dij, est certe Erichtheus, cuius Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem. Quem si deum facimus, quid aut de Codro dubitare possumus, aut de cāteris, qui pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt? Quod si probabile non est, nec illa quidem superiora, vnde hęc manant, probanda sunt. At qui in plerisq<sup>s</sup> civitatibus intelligi potest, augeandæ virtutis gratia, quo libentius Reipubl. causa periculum adiret optimus quisque, vitorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Ob eam enim ipsam causam Erichtheus Athenis filiæ eius in numero deorū sunt. Itemq<sup>s</sup> Leonaticum est delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur. Alabandenses quidem sanctius Alabandū colunt, a quo est vrbs illa cōdita, quam quenquā nobilium deorū: apud quos non inurbane Stratonicus, vt multa, quum quidam ei molesius Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret, ergo, inquit, mihi Alabādus, tibi Her-

cules sit iratus. Illa autem Balbe, quæ tu a cælo altrisque ducebas, quam longe serpent, non vides? Solem deum esse Lunamq; quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant. Quod si Luna dea est, ergo etiam lucifer cæteræq; errantes numerum deorum obtinebunt. Igitur etiam inerratis. Cur autem arcus species non in deorum numero reponatur? Est enim pulcher, & ob eam speciem, quia causam habeat admirabilem. Thaumante dicitur natu. Cuius si diuina natura est, quid facies nubibus? Arcus enim ipse ex nubibus efficitur, quo<sup>m</sup> dammodo coloratus: quarum vna etiam Centauros peperisse dicitur. Quod si nubes retuleris in deos, referendæ certe erunt tempestates, quæ Populi Roma. ritibus cōsacratae sunt. Ergo imbræ, nimbi, procelæ, turbines sunt dei putandi. Nostræ quidem duces mare ingrediennes, immolare hostiam flūctibus consueverat. Iam si est Ceres a gerendo, ita enim dicebas, terra ipsa dea est, & ita habetur. quæ est enim alia Tellus, nisi terra? Mare etiā, quæ Neptunum esse dicebas. Ergo & flumina & fontes. Itaque & fontis delubrum Mars ex Corsica dedicauit: & in augurium preicatione, Tiberium, Spinonem, Anienem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. Ergo hoc aut in immensum serpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio superstitionis probabitur. Nihil ergo probandum horum

est. Dicamus igitur Balbe oportet contra illos etiam, qui hos deos ex hominum genere in cælum translatos, non re, sed opinione esse dicunt, quos auguste omnes sancteque veneramur. Princípio Ioues tres numerant i; qui Theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere, ex quo etiam Proserpinam natam fertur, & Liberum. Alterum patre Cælo, qui genuisse Mineruam dicitur, quam principem & inuentricem belli ferunt. Tertium Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur. οἰστονοροι etiā apud Graios multa modis nominantur. Primi tres qui appellatur Anactes, Athenis ex rege Ioue antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi, Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertiū dicuntur a nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelepe natus fuit. Iam Musæ primæ quatuor natæ Ioue altero, Theixinoe, Edarche, Melete. Secundæ Ioue tertio, & Mnemosyne procreatæ nouem. Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare, iisdem nominibus, comedem numero quo proxime superiores. Quumque tu Solem quia solus esset, appellatum esse dicas, Soles ipsi quam multi a theologis prosperuntur! Vnus corum Ioue natus, nepos ethensis. Alter Hyperione. Tertius Vulcano Nili fi-

lio, cuius urbem Aegyptij volunt esse eam, que Heliopolis appellatur. Quartus is quem Heraculis ieporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, lalysum, Camirum, Lindum. Quintus qui Colchis fertur Aeetam & Circen procreatusse. Vulcani item complures. Primus Celo natus, ex quo & Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus Nilo natus Opas, vt Aegyptij appellant, quem custodem esse Aegypti volunt. Tertius e tertio Ioue & Iunone, qui Leni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, que Vulcanæ nominabantur. Mercurius vñus Cœlo patre, die matre natus, cuius obsecenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur. Idem Trophonius. Tertius Ioue tertio natus & Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, que Aegyptij nefas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ, qui argentum inuenisse, & Argum dicitur intermissæ, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atq; Aegyptij leges & literas tradidisse. Huc Aegyptij Theutatem appellat. eodem nomine anni primus mensis apud eos vocatur. Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui speculum inuenisse, primusq; vulnus dicitur obligauisse. Secundus secudi Mercurij

frater. Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosurus. Tertius Arisippi & Arisinoe, qui primus purgationem alvi, dentisq; euulsionē, vt ferunt, inuenit: cuius in Arcadia nō longe a Lusio flumine sepulcrum & lucus ostenditur. Apollinum antiquissimum is, quem pauloante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athénatum. Alter Corybantis filius natus in Creta, cuius de illa insula cum Ioue ipso certamē fuisse traditur. Tertius Ioue tertio natus, & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges fert accepisse. Diana item plures. Prima Louis & Proserpinæ, que pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. Secunda notior, quam Ioue tertio & Latona natam accepimus. Tertiæ patris Vpis traditur, Glauce mater. cā s̄pē Græci Vpim paterno nomine appellant. Dionysios multos habemus. Primum Ioue & Proserpina natum. Secundum Nilo, qui Nyssam dicitur intermisæ. Tertiū Caprio patre, enī que regem Asis præfuisse dicunt. Cuius Abazæ sunt instituta. Quartum Ioue & Luna, cui sacra Orphica putantur confici. Quintum Nifo natū & Thione, a quo Trieterides costitutæ putantur. Venus prima Celo & Die natæ, cuius Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinē secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata

& Dione, quæ nupsit Vulcano: sed ex ea & Marte natus Antheros dicitur. Quarta Syria Cyroq; concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Minerua prima quæ Apollinis matrem supra diximus. Secunda orta Nilo, quam Aegyptij Saitæ collunt. Tertia illa quam Ioue generatam supra diximus. Quarta Ioue nata & Coriphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferūt. Quinta Palantis, quæ patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem, cui Pinnarum talaria affigunt. Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidē est Antheros Marte & Venere tertia. Atq; hæc quidem, atque eiusmodi ex vetere Græciæ fama collecta sunt, quibus intelligis resistendum esse, ne perturbentur religiones. Vestri autem non modo hæc non refellunt, verū etiam confirmant, interpretando quorsum quidq; pertineat. Sed eo iā vnde huc digressi sumus reuertamur. Num censes igitur subtiliore ratione opus esse ad hæc refellenda? Nam mentem, fidem, spem, virtutem, honorem, victoriam, salutem, concordiam, cæteraque eiusmodi, rerum vim habere videmus, non deorum. Aut enim in nobis metuens ipsis, vt mens, vt spes, vt fides, vt virtus, vt cōcordia: aut optadē nobis sunt, vt homines, vt salus, vt victoria, quarū rerum utilitate

video etiā cōsecrata simulacra. Quare autem in his vis deorum insit, tum intelligam, quum cognouero. Quo in genere vel maxime est fortuna numeranda, quam nemo ab inconstantia & temeritate seiuget, quæ digna certe non sunt deo. Iam vero quid vos illa delectant, explicatio fabularum, & enodatio nominū, excēdum a filio Cælum, vincētum itidem a filio Saturnum? Hęc & alia generis eiusdem ita defenditis, vt iij qui ista finixerunt, non modo nō insani, sed etiam fuisse sapientes videantur. In enodandis autem nominibus quod miserandū sit, laboratis. Saturnus, quia se saturat annis. Mauors, quia magna vertit. Minerua, quia minuit, aut quia minatur. Venus, quia venit ad omnia. Ceres a gerendo. Quām periculosa cōsuetudo? In multis enim nominibus hærebitis, quid Veloui facies? quid Vulcano: quāquam quoniam Neptunum a nando appellatum putas, nullum erit nomen quod non possis vna litera explicare vnde ductum sit. In quo quidē magis tu mihi natare visus es, quām ipse Neptune. Magnam molestiam suscepit & minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commentiarum fabularum reddere rationem: vocabulorū, cur quicq; ita appellati sint, causas explicare. Quod quā facitis, illud profecto confitemini, longe aliter rem se habere atque hominum opinio sit. Eos enim qui dij appellantur, rerum naturas esse,

non figuras deorum. Qui tantus error fuit, vt  
perniciosis etiam rebus non nomen deorū tri-  
bueretur, sed etiam sacra constituerentur. Fe-  
bris enim fanum in Palatio, & ēdem Larum,  
& aram malē Fortunæ Exquilijs consecratam  
videmus. Omnis igitur talis a philosophia pel-  
latur error, vt quū de dijs immortalibus dispu-  
temus, dicamus digna dijs immortalibus · de  
quibus habeo ipse quid sentiā, non habeo au-  
tem quid tibi assentiar . Neptunum esse dicas  
animum cum intelligentia per mare pergen-  
tem: idem de Cerere. Istam autem intelligenti-  
am aut maris, aut terræ, non modo compre-  
hendere animo, sed ne suspicione quidem pos-  
sum attingere. Itaq; aliunde mihi quærendum  
est, vt & esse dcos, & quales sint dij, discere  
possim, quām qualeis tu eos esse velis. Videas  
me ea quæ sequuntur . Primum, deorum ne-  
providentia mundus regatur . Deinde, consu-  
lant ne rebus humanis, hæc enim mihi ex tua  
partitione restant duo : de quibus, si vobis vi-  
detur, accuratius differendum puto . Mihi ve-  
ro, inquit Velleius, valde videtur: nam & ma-  
iora expecto, & his quæ dicta sunt, vehemen-  
ter assentior . Tum Balbus, interpellare te, in-  
quit, Cotta nolo, sed sumemus tempus aliud,  
efficiam profecto vt fateare . Sed nequaquam  
istud istac ibit, magna inest certatio . Nam vt  
ego illis supplicarem tanta blandiloquentia  
Niobe parū ne ratiocinari videtur, & sibi ipsa

nefariam pestem machinari! Illud vero quām  
callida ratione! Qui vult quod volo, ita dat se  
tes vt operam dabit . Qui est versus omnium  
seminator malorum. Ille transuersa mente mi-  
hi hodie tradidit repagula , Quibus ego iram  
omnem recludā, atq; illi perniciem dabo: Mihi  
mōrētores, illi luctū: exitū illi, exilium mihi.  
Hæc videlicet rationem quā vos diuino bene-  
ficio homini solum tributam dicitis, bestiæ nō  
habent. Vides ne igitur quanto munere deorū  
simus affecti! Atq; eadē Medea patrē patriaq;  
fugiens, Postq; pater appropinquat, iamq; pe-  
ne vt comprehendat parat, Puerum interea  
obtruncat, mēbracq; articulatim diuidit, Percq;  
agros passim dispergit corpus: id ea gratia, Vt  
dum nati dissipatos artus captaret parēs, Ipsa  
interea effugeret, illum vt mōrē tardaret se-  
qui, Sibi salutē vt familiari pareret parricidio.  
Huic vt scelus, sic nec ratio quidē defuit. Quid  
ille funestas epulas fratrl comparans, nonne  
versat huc & illuc cogitatione rationem? Ma-  
ior mihi moles, maius miscēdum est malum,  
Qui illius acerbū cor contundam & copri-  
mam . Nec tamen ille ipse est prætereundus,  
qui non sat habuit conjugem. Illexisse in stu-  
pri, de quo recte & verissime loquitur Atreus.  
Quod re in summa summū esse arbitror peri-  
culum, Matres coquinari regias, cotaminari  
stirpem, admisceri genus. At id ipsum q̄ calli-  
de, qui regnū adulterio quereret! Addo, inquit,

huc quod mihi portento cælestium pater Prodigium misit, regni stabilimen mei, Agnum inter pecudes aurea claru coma, Quem clam Thyestem clepere ausum esse e regia, Qua in re adiutricem coniugem cepit sibi. Videtur ne summa improbitate vñus non sine summa esse ratione? Nec vero scena solum referta est his sceleribus, sed multo vita communis pene maioribus. Sentit domus vniuersiusque, sentit forum, sentit curia, campus, socij, prouinciaz, vt quædammodum ratione recte fiat, sic ratione peccetur, alterumq; a paucis & raro, alteru & semper & a plurimis, vt satius fuerit nullam omnino nobis a dijs immortalibus datam esse rationem, quam tata cum pernicie datam. Ut vinum ægrotis quia prodeit raro, nocet sèpissime, melius est non adhibere omnino, quam spes dubiæ salutis in apertam perniciem incurrit, et sic haud scio an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acu mē, solertiā, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, paucis admodum saltutaris, non dari omnino, quam tam munifice & tam large dari. Quamobrem si mens voluntasque diuina idcirco consuluit hominibus, quod ijs est largita rationem: ijs solis consuluit, quos bona ratione donavit, quos videimus, si modo vlli sunt, esse perpaucos: non placet autem paucis a dijs immortalibus esse consultum: sequitur ergo vt nemini consul-

tum sit. Huic loco sic soletis occurtere, non idcirco nō optime nobis a dijs esse prouisum, quod multi eorum beneficio peruersè vterentur: etiam patrimonij multos male vti, nec ob eam causam eos beneficiū à patribus nullum habere. Quisquam ne istuc negat? aut quæ est in collatione ista similitudo? Nec enim Hereuli Deianira nocere voluit, quum ei tunicam sanguine Centauri tintam dedit. Nec prodesse Pheræo Iasoni is qui gladio vomica eius aperuit, quam sanare medici non poterant. Multi enim & quum obesse vellent, profuerunt: & quum prodesse, obfuerunt. Ita non fit ex eo quod datur, vt voluntas eius qui dederit appareat: nec si is qui accepit, bene vtitur, idcirco is qui dedit, amice dedit. Quæ enim libido, quæ avaritia, quod facinus aut suscipitur nisi consilio capto? aut sine animi motu & cogitatione, id est ratione perficitur? Na omnis opinio ratio est, & quidem bona ratio, si vera: mala autem, si falsa est opinio. Sed a deo tantum rationem habemus, si modo habemus: bonam autem rationem aut non bonam à nobis. Non enim vt patrimonium relinquitur, sic ratio homini est beneficio deorum data. Quid enim potius hominibus dedissent, si ijs nocere voluisse? Iniustitiæ autem, intemperantiæ, timiditatis quæ semina essent, si his vitijs ratio nō subesset? Medea modo & Atreus commemorabatur a nobis heroicę personę inita

subductaque ratione, nefaria scelera meditantes: quid leuitates comicæ parum ne semper in ratione versantur? parum ne subtiliter disputat ille in Eunicho? Quid igitur faciam? Exclusit, reuocat, redeam: non si me obsecret. Ille vero in Syncphœbis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in amore summo, sum magis inopia, suave esse dicit parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem, qui te nec ame, nec studeat tui. Atq; huic incredibili sententiæ ratiocinalas fuggerit. Aut tu illum fructu fallas, aut per literas Auertas alio quod nomine, aut per seruolum Percutias pauidū. Postremo à parco patre Quod sumas, quanto dissipas libertius? Idemq; facilem & liberaliem patrem incommodū esse amanti filio disputationem. Nec quo pacto fallam, nec quid inde auferam, Nec quem dolū ad eum aurachinam commoliar, Scio quicquam, ita omnes meos dolos, fallacias, Prestigias prestrinxit commoditas patris. Quid ergo isti dolii, quid machinæ, quid fallacia, præstigia, num sine ratione esse potuerunt? O præclarū munus deorum, ut Phormio possit dicere, Cedo senem, iā instructa mihi sunt in corde cōsilia omnia. Sed examus è theatro, veniamus in forū, sed sum ite precor, quid ut iudicetur qui tabulariū incēderit. Quod facinus occultius, at se Q. Sosius splēdidus eques Romanus, ex agro Pi-

ceno, fecisse cōfessus est. Qui transcriperit tabulas publicas. Id quoq; L. Labienus fecit, quū chirographum sex primorum imitatus est. Quid hoc homine solertiū? Cognosce alias questiones, auri Tolosani, cōiurationis Lugurinæ. Repete superiora Tubuli de pecunia capta ob rem iudicandam. Posteriora de incestu rogatione Peducea. Tum hæc quotidiana, siccæ, venena, peculatus, testamentorum etiam lege noua questiones. Inde illa actio, Ope consilioq; tuo furtum aio factum esse. Inde tot iudicia de fide mala, tutelæ, mandati, pro socio, fiduciae reliqua, que ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. Inde iudicium tutelæ publicum, rei priuatæ lege Letoria. Inde euericulum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, quum aliud sit simulatum, aliud actum. Hanc igitur tantam à diis immortalibus arbitramur malorum sementem esse factam! Si enim rationem hominibus dij dederunt, & malitiam dederunt. Est enim malitia, versuta & fallax ratio nocendi. Idem etiam dij fraudem dedesunt, facinus, ceteraque, quorum nihil nec suscipi sine ratione, nec effici potest. Utinam igitur ut illa anus optat, Ne in nemore Pelio securibus Cæsa cecidisset abieyna ad terrā trasbes, sic ista calliditatem hominibus dij ne de-

dissent, qua perpauci bene vtuntur, qui tamen ipsi s̄epe à male vtentibus opprimuntur. Innumerabiles autem improbe vtuntur, vt dōnum hoc diuinum rationis & consilij ad fraudem hominibus, non ad bonitatem impariūtum esse videatur. Sed vrgetis identidem, hominum esse istam culpam, non deorum: vt si medicus grauitatem morbi, gubernator vim tempestatis accuset: & si hi quidem homunculi, sed tamen ridiculi. Quis enim te adhibuit, dixerit quispiam, si ista non essent? Contra deum licet disputare liberius. In hominum vitis aīs esse culpam: eam dedisses hominibus rationem, qua vitia culpamque excluderet. Vbi igitur locus fuit errori deorum? nam patrimonia spe bene tradendi relinquimus, qua possumus falli: deus falli qui potuit? An vt Sol in currum quum Phaēthonem filium sustulit? aut Neptunus quum Theseus Hippolytum perdidit, quum ter optandi à Neptuno patre habuisset potestatem? Poētarū ista sunt: nos autem philosophi esse volumus, rerum auctores, non fabularum. Atque iī tamen ipsi dij poētici, si scissent pernicioſa fore illa filijs, pecasse in beneficio putarentur. Et si verum est, quod Aristo Chius dicere solebat, nocere audentibus philosophos, iis qui bene dicta, male interpretarentur, posse enim afotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire: prorsus si qui audietunt, vitiosi essent discessuri,

quodd peruerse philosophorum disputationes interpretarētur, tacere præstaret philosophis, quām his qui se audissent nocere. Sic si homines rationem bono consilio a dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamque conuentunt, non dari illam, quām dari humano generi melius fuit: Vt si medicus sciat eum ægrotum, cui iussisset vinum sumere, meracius sumptum, statimq; periturum, magna sit in culpa: sic veltra ista prouidentia reprehendenda, qua rationem dederit ijs quos scierit ea peruerse & improbe visuros. Nisi forte dicitis ēa nesciuisse: vtinam quidem, sed non audebitis. Non enim ignoro quanti eius nomen putetis. Sed hic quidem locus cocludi iam potest. Nam stultitia consensu omnium philosophorum maius est malum, quām si omnia mala & fortunæ & corporis ex altera parte ponantur. sapientiam autem nemo assequitur: in summis malis omnes sumus, quibus vos optime consultum a dijs immortalibus dicitis. Nam vt nihil interest vtrū nemo valeat, an nemo possit valere, sic nō intelligo quid intersit, vtrum nemo sit sapiens, an nemo esse possit. At nos quidem nimis multa de re apertissima. Tela mon autem vno versu locum totum conficit, vtrum dij homines negligant. Nam si curent, bene bonis sit, male malis, quod nūc abest. Debebant quidem illi omnes bonos efficere, si quidem hominum generi consulebant: sin id

minus, bonis quidem certe cōculere debebant. Cur igitur duos Scipiones fortissimos & optimos viros in Hispania Poenus oppressit? Cur Maximus extulit filiū consularē? Cur Mars cellulū Hannibal interemit? Cur Paulum Cānē sustulerunt? Cur Pœnorū crudelitati Reguli corpus est præbitū? Cur Aphricanum domestici parietes non texerunt? Sed hæc vetera, & alia per multa: propiora videamus. Cur auunculus meus vir innocentissimus, idemque doctissimus P. Rutilius in exilio est? Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus? Cur tēperantiae prudentiæq; specimē, ante simularium Vestæ pontifex maximus est Q. Scævola trucidatus? Cur etiā ante tot ciuitatis principes à Cinna interempti? Cur omnium perfidiosissimus C. Marius Q. Catulum præstantissima dignitate virum mori potuit iubere? Dies deficit, si velim numerare quibus bonis male euenerit: nec minus si cōmemorem quibus improbis optime. Cur enim Marius tam feliciter septimum consul domi suæ senex est mortuus? Cur omnium crudelissimus tandem Cinna regnauit? At dedit pœnas: prohiberi melius fuit, impeditrique ne tot summos viros interficeret, quām ipsum aliquando pœnas dare. Summo cruciatu supplicioque Q. Varius homo importunissimus perire, sed quia Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat; illos conseruari melius fuit, quām pœnas feceris.

Variū pendere. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ & beatissimæ ciuitatis. Quim multos ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus ac Phalaris, ac Apollodorus! At pœnas sustulit, multis quidem ante cruciatis & necatis. Et prædones multas sepe pœnas dant, nec tamen possimus dicere non plures captiuos acerbe quam prædones necatos. Anaxarchum Democritum à Cypro tyranno excarnificatum accepimus, Zenonem Eleæ in tormentis necatum. Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari soleo Platonem legens. Vides ne igitur deorum iudicio, si vident res humanas, discriben esse sublatum? Diogenes quidem Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui temporibus illis prædo felix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tamdiu viueret. Dionysius de quo ante dixi, quum fanum Proserpinæ Locris expilauisset, nauigabat Syracusis: isque quum secundissimo vento cursum teneret, risens, Videris ne, inquit, amici, quām bona à diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur? Atque homo acutus, quum bene planeque percepisset, in eadem sententia perseverabat: qui quum ad Peloponensem classem appulisset, & in fanum venisset Iouis Olympij, aurorum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornarat ex manubijs Carthagi-

nensium tyrannus Hiero, atq; in eo etiam ca-  
uillatus est, & state graucm esse aurcum ami-  
culum, hyeme frigidum: eiq laneum pallium  
iniecit, quum id esse aptum ad omne anni tem-  
pus diceret. Idcmq Aesculapij Epidauri bar-  
bam auream demi iussit. Neq enim conueni-  
re barbatum esse filium, quum in omnibus fa-  
nis pater imberbis esset. Iam mensas argēteas  
de omnibus delubris iussit auferri: in quibus  
quōd more veteris Græciæ inscriptum esset,  
Bonorum deorum, vt si eorum bonitate vel-  
le dicebat. Idem ViCTORIolas aureas & pateras  
coronasq; quæ simulacrorum porrectis mani-  
bus sustinebantur, sine dubitatione tollebat,  
eaq; se accipere, non auferre dicebat. Esse enim  
stultitiam, a quibus bona precaremur, ab ijs  
porrigentibus & dantibus nolle sumere. Eun-  
demq ferunt hæc quæ dixi sublata de fanis in  
forum protulisse, & per præconem vendidisse,  
exactaq pecunia edixisse, vt quod quisq; a sa-  
cris haberet, id ante diem certā in suum quod-  
que fanum referret. Ita ad impietatem in deos,  
in homines adiunxit iniuriam. Hunc igitur  
nec Olympius Iupiter fulmine percusit, nec  
Aesculapius misero diuturnoq; morbo tabes-  
tem interemit, atq; in suo lectulo mortuus  
in tyrannidis rogum illatus est: eamq; potesta-  
tem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi  
iustum & legitimam h̄ereditatis loco filio tra-  
didit. Invita in hoc loco versatur oratio. Vi-

detur enim auctoritatem afferre peccandi, &  
recte videretur, nisi & virtutis & vitiorum si-  
ne villa diuina ratione graue ipsius conscientiæ  
pondus esset, qua sublata iacent omnia. Ut  
enim nec domus, nec respublica ratione qua-  
dam & disciplina designata videatur, si in ca-  
nec recte factis præmia extent villa, nec sup-  
plicia peccatis: sic mundi diuina in homines  
moderatio profecto nulla est, si in ea discrimē  
nullum est bonorum & malorum. Atenim mi-  
nora dij negligunt, neque agellos singulorum  
nec viticulas persequuntur, nec si vredo aut  
grando quippiam nocuit, id Ioui animaduer-  
tedum fuit. Ne in regnis quidem reges omnia  
minima curant. Sic enim dicitis, quasi ego pau-  
loante de fundo Formiano P. Rutilij sim que-  
stus, non de amissa salute. Atque hoc quidem  
omnes mortales sic habent, externas commo-  
ditates, vineta, segetes, oliueta, vbertatem fru-  
gum & fructuum, omnem denique commodi-  
tatem prosperitatemq; vitæ à dijs se habere.  
Virtutem autem nemo vñqua acceptam deo  
retulit: nimirum recte. propter virtutem enim  
sire laudamur, & in virtute recte gloriamur,  
quod non contingere, si donum à deo, non à  
nobis haberemus. At vero aut honoribus au-  
di, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti  
sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum  
dijs gratias agimus, tum nihil nostræ laudi as-  
sumptum arbitramur. Num quis quod bonus

vir esset, gratias diis egit vñquam! At quod di-  
ues, quod honoratus, quod incolumis. Iouem,  
que optimum maximum ob eas res appellat,  
non quod nos iustos, temperatos, sapientes es-  
ficiat, sed quod saluos, incolumes, opulentos,  
copiosos. Neque Herculi quisquam decumam  
vouit vñquam, si sapiens factus esset. Quan-  
quam Pythagoras quum in Geometria quid-  
dam noui inuenisset, Musis bouem immolasse  
dicitur. Sed id quidem non credo, quoniam il-  
le ne Apollini quidem Delio hostiam immo-  
lare voluit, ne aram sanguine aspergeret. Ad  
rem autem vt redeam, iudicium hoc omnium  
mortaliū est, fortunam a deo petendam, a se  
ipso sumendam esse sapientia. Quanvis men-  
ti delubra, & virtuti, & fidei consecremus, ta-  
men hoc in nobis ipsis ita videmus. Spei, salu-  
tis, opis, victoriæ, facultas a diis expetenda est.  
Improborum igitur prosperitates, secundæq;  
res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim o-  
mnem deorum ac potestatem. At nonnunqua  
bonos exitus habet boni: eos quidem ascribi-  
mus attribuimusque sine vlla ratione diis im-  
mortalibus. At Diagoras quum Samothracia  
venisset, Atheos ille qui dicitur, atq; ei quidam  
amicus, Tu qui deos putas humana negligere,  
none animaduertis ex tot tabellis pictis quam  
multi votis vim tempestatis effugerint, in por-  
tumque salui peruererint? Ita fit, inquit. Illi  
enim nusquam picti sunt, qui naufragium fe-

cerunt, in mariq; perierunt. Idemque quum ei  
nauiganti vectores aduersa tempestate timi-  
di & perterriti dicerent, non iniuria sibi illud  
accidere, qui illum in eandem nauem recepsi-  
sent, ostendit eis in eodem cursu multas alias  
laborantes, quæsivitq; num etiam in ijs nauis  
bus Diagoram vehi crederent. Sic enim res se  
habet, vt ad prosperam aduentus amve fortunam  
qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nihil in-  
terfit. Non animaduertunt, inquit, omnia dij,  
ne reges quidem. Quid est simile? Reges enim  
scientes prætermittunt, magna culpa est. At  
deo ne excusatio quidem est inscientia, quem  
vos præclare defenditis, quum dicitis eam vim  
deorum esse, vt si quis etiam morte poenas sce-  
leris effugerit, expetantur hæ poenæ a liberis,  
a nepotibus, ac posteris. O miram æquitatem  
deorum. Ferret ne ciuitas vlla latorem istius-  
modi legis, vt cōdēnarentur filius aut nepos,  
si pater aut auus deliquerisset? Quinam Tanta-  
lidarum internectioni modus paretur? aut que-  
nam vñquam ob mortem Myrtili poenis lu-  
endis dabitur satietas supplicij? Vtrum poetæ  
Stoicos deprauarint, an Stoici poetis dederint  
auctoritatem, non facile dixerim. Portenta  
enim ab utrisq; & flagitia dicuntur. Neq; enim  
quem Hipponactis iambus læserat, aut qui  
erat Archilochi versu vulneratus, a deo immis-  
sum dolorem, non conceptum à se ipso con-  
tinebat. Nec quum Aegisthi libidinem, aut

quum Paridis videmus, a dco causam requiri-  
mus, quum culpæ pene vocem a.deo audia-  
mus. Nec ego multorū ægrorum salutem non  
ab Hippocrate potius quam ab Aesculapio da-  
tam iudico , nec Lacedæmoniorum disciplinā  
dicam vnguam ab Apolline potius Spartæ q  
a Lycurgo datam. Crisolaus inqā euertit Co-  
rinthum, Carthaginem Hasdrubal, hi duos il-  
los oculos orę maritimę effoderunt. Non ira-  
tus alicui, quem omnino irasci posse negatis  
deum: at subuenire certe potuit, & conseruare  
vrbes tantas atq; tales. Vos enim ipsi dicere so-  
letis , nihil esse quod deus efficere non possit,  
& quidem sine labore vlo. Ut enim hominum  
membra nulla contnctione, mente ipsa ac vo-  
lūtate moueantur, sic numine deorum omnia  
figi, moueri, mutariq; posse . Neque id dicitis  
superstitionē atque aniliter, sed physica con-  
stantiq; ratione. Materiam enim rerum ex qua  
& in qua omnia sint, totam esse flexibilem &  
comutabilem, vt nihil sit quod non ex ea quā-  
uis subito singl conuertiq; possit . Eius autem  
vniuersæ fætricem & moderatricem diuinam  
esse prouidentiam. Hanc igitur quoconque se  
moueat, efficere posse quicquid velit. Itaq; aut  
nescit quid possit, aut negligit res humanas,  
aut quid optimum sit, non potest iudicare. Nō  
curat singulos homines, non mirum, nec ciu-  
tates quidem. non eas? ne nationes quidem, &  
gentes. Quod si has etiam cōtemnet, quid mi-

rum est omne ab ea genus humanum esse con-  
temptum ? Sed quo modo ijdem dicitis, non  
omnia deos persequi , qui ijdem vultis a dijs  
immortalibus hominibus dispartiri ac diuidi  
somnia ? Idcirco hæc tecum, quia vestra est de  
sommiorum veritate sentētia, atq; ijdem etiam  
vota suscipi oportere dicitis . Ncmpe singuli  
vouent. Audit igitur mens diuina etiam de sin-  
gulis. Videlis ergo eam non esse tam occupa-  
tam, quam putabatis ? Fac esse distentam, cæ-  
lum versantem, terram tuentem, maria mode-  
rantem , cur tam multos deos nihil agere, &c  
cessare patitur ? Cur non rebus humanis alio  
quos otiosos deos prefecit? qui a te Balbe innu-  
merabiles explicati sunt. Hæc fere dicere ha-  
bui de natura deorum, non vt eam tollerem,  
sed vt intelligeretis quam̄ esset obscura , & q  
difficiles explicatus haberet. Quecum dixi  
set Cotta, finem fecit . Lucilius autem, Vehe-  
mentius, inquit, Cotta tu quidem inuectus es  
in meram Stolcorum rationem, quæ de prouis-  
tentia deorū ab illis sanctissime & prouiden-  
tissime constituta est . Sed quoniam aduespes-  
rascit, dabis nobis diem aliquem vt contra ista  
dicamus . Est enim mihi tecum pro aris & fo-  
cis certamen, & pro deorum templis atque de-  
lubris, proq; vrbiis muris , quos vos pontifices  
sanctos esse dicitis, diligentiusque urbem reli-  
gione, quam̄ ipsis mœnibus cingitis, quæ des-  
tri a me, dum quidem spirare potero, nefas iu-  
m iii

dico. Tum Cotta. Ego vero & opto redargui  
me Balbe, & ea quæ disputauit, differere malui  
quam iudicare, & facile me a te vinci posse  
certo scio. Quippe, inquit Velleius, qui etiam  
somnia putet ad nos mitti ab Ioue: quæ ipsa  
tamen tam leuia nō sunt, quam est Stoicorum  
de natura deorum oratio. Hęc quū essent di-  
cta, ita discessimus, ut Velleio Cottæ disputa-  
tio verior, mihi Balbi ad veritatis similitudi-  
nem videretur esse propensior.

F I N I S.

D  
Agüe de agua  
Cena

the  
T. N. 11

epit. coll. 12. III. 1974 T. n.

11  
1920:  
2607